

xerunt: proditores verò alium Principem Balthazarum Bato-
 A reum, Sigismundi agnatum, constituere. Sigismundus videns
 Tartarorum crudelitatem, & suorum perfidiam, ad socios
 Rascos, alioque legationes, & literas mittit, opem, & auxi-
 um contra iuratos suos hostes implorans. Quod cum accepisset,
 Comitæ Clausenburgum indicit, ad ea nobilitatem om-
 nem cum ordinibus patriæ convocati: si qui non compareant,
 honorem, fortunam omnes, & vitam ipsam amitterent. Dicto
 die adfuerunt omnes, Cardinale Battoreo, & fratre illius Ste-
 phano exceptis, qui jam ante in Poloniam profugerant. Cum
 omnes convenissent, Princeps omnes urbis portas claudi,
 menia diligenter custodiri, & publica præconis voce procla-
 mati præcipit, ne quis pœna capitis, ullam proditorem face-
 ret. Si quis mandatum hoc transgrediretur, ei lingua præcide-
 retur, deinde caput amputaretur. Vicefimo verò Septembris
 Princeps aucto consilio scriptum quoddam divulgare iussit
 de insigni Germanorum in Ungaria de Turcis victoria: ignes
 triumphales excitari, & tormenta omnia in significationem
 lætitiæ iussit ornari. Post magnificum convivium intravit,
 & ad illud cum cæteris aulicis proditores omnes invitavit. In-
 ter medias verò epulas, 14. ex illis iussit comprehendî, & in
 B varios carceres distribui. Postridie summo manè in publico
 foro quæque ex illis supplicio capitali affecti, ac primum,
 cui detentum fuerat Principis jugulum ferire, post tres, aut
 quatuor leviores ictus cervici inflicti, quatuor actis in di-
 versa equis discepi voluit. Cadavera toto die in foro ad
 ostentationem relicta sunt. Cæteri quoque dignis pœnis affec-
 ti. Tandem Balthazar Battoreus, quem proditorum factio
 Principem crearat, strangulatur.

VINCULA.

HERBERTUS Comes Viromanduorum, iudicio suo damna-
 tus, comprehensit Caroli Simplicis Regis, & in custodia in Pe-
 roneæ coniecti (Rodolfo Burgundo rege designato) pœnas filio
 re gi Ludovico Transmarino dedit. Rex enim in convivio
 procerum simulans se ab avunculo Angeliæ rege per litteras
 consuli, quod meritis supplicii videretur quidam ignobilis
 cliens, qui patronum nobilissimum prodidisset? Hebertus ac-
 cubans, cum in caput suum consuli se ingnoraret, sententiam
 C rogatus, restum debere censuit. Atque ita voce sua dignatus è
 convivio abstractus, suspensus esse dicitur, etsi fide incerta è
 Amilius lib. 3.

HENRICUS VI. Imp. Richardum comitem de Sterre, Capuz
 captum, pedibus de patibulo suspendit, quod Constantiam
 Imperatricem cepisset, nec nisi Pontificis anathemate ad eam
 dimittendam induci potuisset. Naucleus.

SOLYMANUS Turcarum Imp. diffugiens metu civibus,
 Buda penè deserta potius, arcem obedit. Ei præerat Thomas
 Nadastrus, inter Ungaros nobilitate, & virtute illustris. Quem
 cum Germani milites ad defendendam hosti arcem compellere
 minis non possent: cum hoste falvis rebus paciscuntur, &
 Nadastrum in vincula coniciunt. Id ratum habuit Solymanus.
 Cæterum cum ejus præsidii milites, qui erant ferè se-
 pingenti, ex conditione incolumes, sarcinisque suis onusti in
 Postonium abirent, & Janizari occupata arce Nadastrum so-
 lutum vinculis pariter dimissuri essent: Solymanus de militum
 perfidia, probitateque Nadastrum erga Ferdinandum regem cer-
 tior factus: quod nefario flagitio contaminatos, sua lenitate in-
 dignos putaret, ut aliena perfidia scelus ulcisceretur, Janiza-
 ris ad unum trucidandos objecit: Nadastrum verò liberali sti-
 pendio invitatum, idque reuocentem, humaniter dimittit, ipsius
 D etiam Joannis Sepulsi regis commendatione adjunctum, quan-
 quam soror ejus esset in matrimonio Stephani Maylati deser-
 toris primò, & mox atrocissimi sui hostis. Jovius lib. 28. hist.

CÆDEM.

AMALICHTA peregrinus, qui Saul licet potentem interfe-
 cerat à Davide occidi jubetur: eo quod vincum Domini sua
 manu obtruncare ausus fuisset. 2. Reg. 1.
 Post longas contentiones inter Saulum, & Davidem, mor-
 tuo Saule, adhuc grave bellum erat Davidi cum Isobeth filio
 Saul, propter regnum patrum, quod à se indignissime
 auferri, ut ei quidem videbatur, molestè ferebat. Igitur duo
 Tribuni tandem exiit, Rechab, & Baana: vel ut Josephus
 ait, Banaoth, & Than. Hi, quod sententiam Regis sui Isobeth
 res in pejus vergere, defectionem meditati, gratissimum fa-
 cturos se existimarunt, si dolo interfecti regis caput ampu-
 natum ad Davidem attulissent. Sed impium eorum facinus,
 atque parricidio conjunctam proditorem, vir strenuissi-
 mus, ac religiofissimus abominatus est. Isobeth nihil de-
 liquisse, si jure optimo fecum de imperio contendere: ideo-
 que ne quidem à suis interfectum voluisse, nec placere turpi
 prodicione, sed æquo Marte hostem vincere. Aliud esse vi-
 ctoriam, aliud latrocinium, & alterum fortis, ac magna-
 nimi Principis: alterum ignavi, timidi, & abiecti lanifæ,
 aut gladiatoris, qui tergum, non jugulum postulet: alterum
 leonis, alterum vulpeculæ. Itaque utrumque jugulati iussit,
 abscessisque coram manibus, & pedes supra piscinam apud
 Hebronem suspendi: Isobeth verò caput in Abner sepulchro
 in Hebron sepeliri. Erodus ex 2. Reg. 4. & Joseph. l. 7. c. 2.
 Antiq.

DARIUS ab Arbela victus ab Alexandro Magno, à Besso Ba-
 ctrianorum præfecto per seditionem captus, & interemptus
 est. Alexander interim cum equitatu insequens, de ejus mor-
 te certior factus est. curavitque, uti pompa, & more regio sepeliretur.
 A quibusdam scriptum est, Dario adhuc spiranti,
 Alexandrum supervenisse, ejusque calamitatem vehementer
 indoluisse: cumque Darius orasset, uti eadem suam ulcisci
 vellet, Alexandrum se facti daturum recepisse. Sed cum ille magno spa-
 tio iter præverisset, atque in regionem Bactrianam contem-
 deret, regem assèqui cum se posse desperantem, reversisse.
 B Bessus interea regem se appellari fecit. A quo cum defecisset
 Bagodaras familiaris, & ab Alexandro vitam, atque munera
 impetrasset: invitati ca liberalitate primi barbarorum duces
 Spitamines, & Dataphernes conspirarunt, captumque
 Bessum ad Alexandrum adduxerunt. Eos honorificis mune-
 ribus Rex est prosequutus. Bessum autem Oxathri (vel Oxatri)
 fratri Darii, reliquisque ejus consanguineis, ut pro ar-
 bitrio supplicium de eo fumerent, concessit. Illi cum omnia
 contumeliam, & cruciatu genera in eum exercissent, mi-
 nutatim corpus conciderunt, membrorumque frusta fundis
 in partes varias projecerunt. Plut. auctor est Disphendone-
 ne dissipatum, duabus arboribus ex adverso multa vi in se
 vertice inflexis reliquam, dissecitque repente vinculis atrociter
 laniatum fuisse Bessum, cacuminibus sua vi corpus in diversa
 distrahentibus. Disphendone Græci vocant id dios-
 plicii, à duplici fundæ excutione. Sabell. lib. 8. 4. ex Dion. l.
 17. & Plut. in Alexandro.

CN. POMPEJUS Perpernam perfidum erga suum du-
 centem Sertorium interfecit. Plut. in Sertorio.
 Nunquam prodest malum exemplum: etiam si in præfenti
 occasione, quadam delectat, in futurum tamen altius nocet,
 ut elegantissime Quintilianus ait. Quapropter etsi à Calpurnio,
 Chærea, & Lupo, aliisque merito Cæsar Imperator ob nimiam
 crudelitatem, & impia facinora occisus esse dici possit: at-
 tamen & ipse Claudius, qui factum antea laudabat, postea in-
 teritum adeptus, in percussorem animadvertit: quia si Cæsar
 interfecit debuit, à Chærea Tribuno non debuit, cui salus Prin-
 cipis pro officio committeretur: nam hoc genus aliquod esse
 proditiois. Denique paucorum supplicio, securitati Principum
 omnium consulendum. P. Erod. ex Dion. l. 60. & ex
 Fl. Josepho lib. 19. Antiq. cap. 3.

VITELLIVS in Germania à milicibus Imp. creatus (ad-
 versus Galbam Romæ imperantem, qui per id tempus ab Othone
 interfectus fuerat) cum postea Othonem in Bæbricis campis
 superasset: inter Othonis scripta commentarium invenit, cen-
 tum viginti virorum, ab Othone præmia poscentium, quod
 Galbæ morti ad eam procurandum interfussent. Quanquam
 H autem ipse inimicus Galbæ fuisset, iniquum tamen arbitratum
 est, non modo ejusmodi hominibus præmia dare: sed ne per-
 peti quidem ut viverent, cum principem suum pretio occidissent.
 Quæritos igitur diligenter, omnes, quos natus est, inter-
 erunt. Fulg. lib. 6. c. 5.

SEVERUS cum ad imperium pervenisset, eos, qui Perinacem
 occiderant, morte mulavit: milites omnes sceleris con-
 socios vestimentis militaribus exutos, nudoque dimisit: equi-
 bus arma, equosque abstulit: cæterum ab urbe censensimo la-
 pide omnes abesse iussit, aut certè, ut capite pœnas luere-
 nt. Omnino quæ Principi affertur injuria, omnium aliorum
 Principum injuria est: quia non tam persona, quam digni-
 tatis læditur. Meminerant Claudius, ac Severus Imperatores,
 res, quod Quintus Cæpio Consul ei, qui Vitiatum latro-
 num ducentem interfecerat, & ideo præmium peteret, olim
 responderat: Nunquam Romanis placuisse, Imperatorem à
 suis militibus interfecit. P. Erod. ex Dion. in Severo, Erod.
 l. 2. & Eutropio, l. 4.

THEOPHILUS imperio potitus, nihil prius habuit, quam
 ut

ut eos, qui patri Michaeli Ballo Amortæo ad regnum ob-
 tinendum adjuvero fuerant, Leonemque Armenium
 Imper. interfecerant, supplicis afficeret. Urbis igitur præ-
 fectus civiles exequi leges iussit: Jam nunc, inquit,
 præfete, judicandi potestatem Deo, & me tibi mandan-
 tibz, dignam his mercedem factorum perolve: qui non
 tantum humano genere manus contaminarunt, sed & un-
 dem Dei inter sacrarium interfecerunt. Ergo à præfecto ar-
 repti, homicidarum more supplicis sunt affecti. Cedrenus
 ex Zonara.

Defuncto Heraclio Constantino Imperatore, im-
 perii successore relicto filio Constantino, Martina noverca, &
 Heraclonas F. Pyrrhi patriarchæ consilio Constantinum ve-
 meno suffulerunt. Qua re palam facta, Senatus, populisque
 Constantino Constantino, præfata Martine Augustæ lingua, at-
 que defuncto Heraclonæ nato, ambos in exilium miserunt. Pyr-
 rium peremerunt, creato Imperatore Constantino filio. Ful-
 g. lib. 6. c. 5.

MUSA Zelebi (al. Mofes) dimititur humaniter à Tamer-
 lane è Carmania, insidias fratris Emir Soleimani metuens,
 fugit ad Iliendam, qui navigio ipsum impostum per
 B Pontem Euixinum in VValachiam deportari curavit ad
 Murzen Vavodam, cuius auxilio Romaniam ingressus
 Adrianopolim venit, ubi Sultanus Turcarum VI. salutaris
 Emir-Soleimanum (al. Mulfumanem, & Cyris Kele-
 bem) ebrum, securum, & desertum à suis, fugavit, vi-
 cum in quo interemptus fuit cum universis incolis incendio
 delevit: hac voce adjecta: Cur fratrem meum vobis necare
 libuit? Rerum potitus A. C. 1411. H. Henningus in Genealog.
 Orboanitarum.

EDUARDUS Anglorum rex, cum Canuto II. Danorum rege,
 cuius armis premebatur, fecus icit, ut quoad ipse viveret, Can-
 nutum dimidii regni consortem haberet, extinctis omnium
 bonorum hæredem relinquere. Septem post annis quidam tri-
 clinium, in quo Canutus epulabatur, ingressi, cum totius An-
 gliz regem salutare cœperunt. A quibus rex sibi ictum cum
 Edvardo fecus obscurè exprobrari ratus, nihil ejus se pudere
 respondit. Tunc illi Eduardum sua interemptum opera iacta-
 bant. In quos rex perinde, ac majestatis reos, præmi loco, sus-
 pendio proitus animadvertendum curavit, deterritum opus
 deforui vindictæ specie pumens. Quanquam enim se acri
 Cæmulo liberatum cognoscere, sceleris tamen penam, quam
 utilitati gratiam referre maluit. Memorant alii Eduardum
 clandestino Canuti imperio occisum, ejusdemque iussu pœ-
 nam à maleficus diluendæ suspitionis causa exactam Saxo-
 niæ. 10.

CAROLUS Danus, Flandriz Comes VII. annis rerum
 potius adversa semper nobilitate, commodis, voluntateque
 plebis omni popularitate interservis, parens à plebe dice-
 batur, habebaturque. Is eum à Lanperiti Sratensis factione,
 cuius horrea in fame maxima aperti curaverat, in templo oc-
 cisus est. Gulielmus Hyperis Flandriz rector salutaris,
 sese ducentem volentibus ad expectandas à parricidis pœnas præ-
 buit. Ludovicus Crassus rex Francorum, in ea provincia
 Anglo in omnem occasionem intento jungeretur, simul ne
 exemplum beneficiorum Francie regis Principum conju-
 ratione fuorum occidendum inultum sineret, cum copiis
 affuit. Atratenfes obfidionem, oppugnationemque per ali-
 quot dies sustinere. Tandem expugnati, exquisitis supplicis
 pœnas luere Amilius lib. 5.

JOANNES, qui Albertum patrum Cæsarem occiderat, per-
 D mortus parricidii poenitentia, Clemensem Pontificem adit, ut
 expiaretur, ac quasi jubere Pontifex, pœnas daret. Rejecit
 eum Pontifex, ut ad Henrici Lucenburgensem Imp. adiret il-
 lum, consuleretque quodnam piaculum expetendum videret:
 arbitrio enim Cæsaris, percussorem Cæsaris luere oportere.
 Iussit cum Cæsar Eremitarum septo claustrum quicquid
 reddere vite fore agere. In Italia Pisis divi Augustini ad se re-
 juvenis dicavit. Amilius lib. 8.

JOANNES Croatiæ præfectus, qui Elizabetham Ungariæ re-
 ginam ob casum Carolum Neapolitanum in aqua submergi
 curaverat, à Sigismundo Imper. stimulis uxoris Mariæ, ma-
 tris necem ulcisci desiderantis, accenso, captus, & in quin-
 que ecclesiarum urbe revinctis ad palum manibus, per urbes,
 vicos, & compta curru circumvectus, candentibus que fru-
 strillam forcipibus passim disceperet, postremò quadripartito
 distictus est: frustra corporis singulis partibus ad deterrendam
 facinorosam audaciam imposta. Cæteri capite multati Bon-
 finius lib. 2. Dec. 3.

ANDREAS Rex Apulus, Ludovici I. Ungariæ regis frater,
 B. L. Theat. vit. Human. Tom. VI.

tertio post initum regnum anno, cognatorum factione, con-
 sentiente uxore Joanna, Averfa serico laqueo necatus est. E
 Conjuratioris principes, Corradum Cathanicum, & Chen-
 sam militem, cum nonnullis aliis Comes Novellus, & Andree
 necessarius cepit, & per omnes comitates sui vicos circumiteri,
 candentibus forcipibus discepi, demum quadripartito
 disticti iussit Bonfin. lib. 10. Dec. 2.

VIS NON PROHIBITÆ A MAGISTRATU

P O E N A .

Q. Petilius Cof. cum à Liguribus in pralio interfectus esset,
 decrevit Senatus Romanus, ut ea legio, in cujus acie consul
 erat occisus, tota infrequens referretur, stipendium ei annuum
 non daretur, araque rescinderentur. Val. Max. lib. 2. c. 2.
 Front. lib. 4. c. 1. in fine.

REPUDIATIONIS MAGISTRATUS POENA.

MORTUO Miescone II. Polonorum Principe, multa con-
 troverfia circa electionem Principis exorta sunt. Quidam
 enim ad Casimirum filium ejus sceptræ deferenda censebant.
 Cæteri vero timentes, ne mores paternos perverfos sequeretur,
 huic sententiæ acerrime repugnabant. Tandem Regina Mies-
 conis Regis relicta, videns se à Polonis speratam, ad fratrem
 Cæsarem in Saxoniam, accepto Casimiro filio, coronaque re-
 gni, & ingentibus thesauris regalibus ablati, profecta est. In-
 terim filium Casimirum studendi gratia Parisios misit, ubi tan-
 dem in monasterium Cluniacense ingressus, sacris initiatus est.
 Poloni verò multis annis hæredè legitimo orbat, cum sui, &
 Reip. ingenti detrimento, in Italia cum quære coacti sunt,
 qui cis multis de causis denegabatur ab Abbate monasterii.
 Tandem vix magno cum labore impensisque Polonorum, per
 Benedictum IX. Pont. à professione absolutus est, poenitentia
 Polonis indicta, pro eo quod dominum suum expulserat, ut
 ab unaquaque persona quotannis obolum unum Romano
 Pontifici penderent, quod vocabatur debitum S. Petri. Item ut
 singuli viri crines supra aures tonderent. Deinde ut præcipuis
 festis diebus linteo albo pro cingulo uterentur. Guagnus in
 Tit. reg. Polon.

PRODITIONIS ERGA MAGISTRATU COMMISSÆ POENA.

Erat Costobarus unus inter primates Idumæorum, pœnes
 cuius majores olim fuerat sacerdotum, Coze numinis, quod
 tum religiosè ab ea gente colebatur, priusquam sub Hyrcani
 principatu Judaicos ritus accepere, hunc Herodes, quamprimum
 regnum adeptus est, Idumæos, ac Gaza præposuit, data
 in matrimonium Salome sua sorore, cuius priorem matrem
 Josephum patrum suum, falsò suspectum de adulterio cum
 Marianno regina commisso, interfecerat. Ea facilitate clau-
 rus, indignum ratus Idumæos fervire hominibus, quorum
 facta, & religionem acceptant: misit legationem ad Cleopa-
 tram, ut Idumæam impetraret à M. Antonio, non quod Cleo-
 patram mallet habere dominam, sed ut accisus Herodis opibus
 eo facilius ipse Idumæorum dominationem invaderet.
 Herodes, re cognita, Costobarum interfecit. Josephus lib. 13.
 cap. 11.

ARGYRASPIDÆ Eumenem Cardianum ducentem præstantissi-
 mum Antigono regi proditum, vinculumque tradiderant. Eo
 interfecto, nemini alteri dans pœnas de illis, qui eum prodide-
 rant, ducibus, & militibus delegavit sumendam: sed ipse, ut
 impios, & immanes abominatus Antigono Argyraspidas, H
 tradidit eos Iobyrio Arachosia procuratori omnibus modis at-
 terendos, conficiendosque, ne quis eorum in Macedonia rediret,
 vel mare Græcum aspiceret. Plut. in Eum.

Oldroeni milites odio Maximini Imp. Ty cum ex suis ducentem
 sibi, & Imp. fecerunt. Verum ille dormiens domi suæ ab uno ex
 amicis suis interfectus est, qui sibi dolebat illum esse propo-
 situm, Macedonio nomine, qui cum Maximino prodidit, quique
 caput ejus ad Imperatorem detulit. Maximinus primò ei
 gratias egit: postea tamen, ut proditorem odio habuit, & occidit.
 Capitolinus in Maximino.

AARON cum Occidentalium gentium legationes exponeret,
 & Manuclis Comneni Imperatoris voluntati eas non refragari
 videret: legatos objurgavit, ut nimium ad justa exequenda pa-
 ratos: monuitque, ut adversarentur, neque tam facile assenti-
 rentur: Imperatore, ob Latini sermonis imperitiam, quid
 dictum esset, ignorante. Cæterum Imperatrix Maria, Ray-
 mundi Antiocheni F. sermonis Latini peritissima, Imperatori
 exposuit omnia, qui ira commotus, Aaroni & visum, & om-
 nes

nes facultates eripuit. Is post auctor fuit Andronico Comnenam, jam rerum per vim positio, ut exactione haud contentus, adversarios, aut plane occideret, aut gravioribus suppliciis coercederet, exemplo suoque usus, qui et viveret, & moret. Sed mox ab Ilaacio, qui Andronicum oppreflit, lingua pestilente etiam privatus est. *Nicias lib. 4.*

DEFECTIONIS A MAGISTRATU POENA.

Apud Aultrios, seu in Franconia, Hardericus, & alii nobiles indignè ferentes, quod rex exteris sibi prafferet, & nimum suæ uxori imperiose permetteret, seditionem contra Carolum Magnum moliti, partim suppliciis, partim exiliis affecti sunt, anno 788. *Sigebertus.*

DESERTIONIS MAGISTRATUS POENA.

HERACLII Imp. milites, *παρτισ* hoc est, vagos, & erones, suamque in castris stationem deserentes, desertorum poenam affecti dicuntur. *Cælius l. 1. c. 18. Ant. Lect. ex Suida.*

CAROLUS Magnus capitali animadversione eos punivit, qui abque missione castra, atque militiam deseruissent. Militiam, sacramentumque detractantes, prædium, villas, agris, donis militibus privavit, eam alios contulit. *Avent. A. D. Bojor. l. 4.*

FRIDERICO I. Barbarosa ab Alexandro III. excommunicato, Henricus superbus, cognomine Leo, dux Saxonie, Imp. contra Mediolanenses bellum gerentem deseruit. Imperator eum & jure Electionis, & Ducatus privavit. Noricum Othoni Palatino de V. Vidisbach donavit, Saxoniam Bernardo de Anhalt. Quorum uterque ope confanguineo Henricum expulserunt.

SIGISMUNDUS Imper. Pipi Florentino magni nominis duce cum decem milibus equitum in Forum Julii misit. Utinam in potestate redederat. In medio rerum gerendarum ardore, auro corruptus Pipus, exercitum in Pannoniam præter omnium expectationem reduxit. Imperator Parthos imitatus, ut hi Crasso mortuo, sic ille Pipi viventis faucibus aurum liquefactum, inusit. Auro satiare, quod fustis, ingeminando. *Sab. lib. 5. de Vestigi. Aquil. & Bonif. lib. 3. Dec. 3.*

INSIDIARUM NON INDICATARUM

JOANNES Dinus, Joannem Constantinum Burgundionem accusavit, compellatum se ab eo dicens, ut accepta grandi pecunia venenum perferret, quo Carolus comes Caroleus (dux Burgundie) de medio tolleretur. In postquam Costanum securi percussit, Dinum quoque ad se vocatum interrogavit: Si Costanus pecuniam, quam promiserat, præstitisset, eumne accusatus fuisset? Cui Dinus, ne mentiretur, fretus quoque indultum in, palmam fassus est, se cum non deturum. Quamobrem Comes justum Dinum Christiano more sacerdoti criminata sua fatere, eadem hora ipsum quoque securi percussit. Justa, & veloci mercede ei data duarum proditionum, erga amicum, & Principem *Fulgof. l. 6. c. 5.*

INJUSTITIÆ PRINCIPUM, ET MAGISTRATUUM ERGA SUBDITOS POENA.

IN GENERE. TYRANNIDIS.

APRIETEX, propter crudelitatem ab Aegyptiis deserturus. *Vide Tit. Odi Subditorum erga Principes.*
D PHALARIS tyrannus ab Agrigenticis tauro Perillzo inclusus, & cæcatus est, quo alios suffocaverat. *Ovid. in Ibin. Utque ferox Phalaris, lingua prius ense recessa, Mox bovis Paphio clausus in œve gemas.*

LYCARETUS Mæandri tyranni Samiorum frater, cum à Persis Lemno præfectus, omnes in captivitate redigeret, atque everteret alios infimulans desertores Scythicæ expeditionis, alios vexatores copiarum Darii à Scythiis revertentium: à Lemniis interemptus est. *Herod. lib. 5.*

ALCETAS Arybbæ F. Æaciada frater natu grandior, cum impotens esset iracundia, & more ingenii sui fureret: ab Epirotis, quibus præerat, noctu interfectus est: & in illius locum Pyrrhus Æaciada F. qui cum Romanis bellum gessit, subrogatus. *Pausanias in Aticis.*

ARCHELAUS Tetrarcha Judææ, & Idumææ, ob tyrannidem à suis accusatus coram Augusto Cæsare, Viennam Gallie relegatus, anno principatus sui decimo. *Josephus lib. 17. c. ult.*
Vide Tit. Somnia mutationis Imperii.
Romani Consules, & Prætores sanctos honoribus, si men-

te improba, avare, & crudeliter in provincia se gessissent, partim damnantur, partim ærarios fecerunt juxta legem *E Juliam*, que administrati numeris rationem exigebat. *Alex. l. 4. c. 6.*

Decemviri legum ferendarum causa creati, quorum princeps fuit Appius Claudius, idibus Maii mensis foedus percussit, ut in nulla fibi re advenfaretur, obtinerentque perpetuum imperium, neminemque ad illud admittent. Quotidie igitur remotis arbitris coabant, ibi pravis Appii consiliis instructi, qua secreta inter se destinassent, in occulto habebant, rari ad eos aditus patebant, difficiles in sermone, nec in decernendo mites. Graviter id ferre populus Rom. & Tribunitia potestate sublata, decem fer tyrannorum jugo subdito conque. Jam cum Appius, L. Sicium virum fortissimum in castris interfici, Virginiam plebejam virginem per M. Claudium clientem suum ad studium rapi curasset: Virginis pater virginem lanii culro confodit, & Roma profugus in castris tantum exivit tumultum, ut à decemviris milites desererent, factaque in Sacrum montem secessione, non prius redire voluerint, quam decemviri se magistratu abdicasset, & creandorum Tribunorum populo denovo facta esset potestas. Creati decem Tribuni, & in iis Virginis, primus diem Appio Claudio dedit. Qui nobilium caterva stipatus, cum in forum venisset, integrata est statim iniusta potestatis memoria. Hic flagitii convictus Appius Tribunus appellatur, etsi nullam in eorum auxilio spem positam habebat. Nullo itaque moram faciente, acceptus à viatore: probo, ad populum: caterum viri libertatis ex ejus ore audita, qui contra libertatem ipsam illis ipsis diebus vindicias dederat, movit neminem. Conjectus in carcerem, priusquam dies iudicii adisset, omni auxilio spe præcisa, sibi mortem conscivit. Perique opinati sunt, Tribunorum justum cum in carcere laqueo necatum. Secundum Appii interitum Sp. Oppius decemvir à P. Numitorio Tribuno est reus factus. Crimini datum, quod in urbe fuisset, dum vindiciæ iniusta à collega diceretur, nec presentis injuriæ esset obviatur. Plus tamen facta injuria, quam non prohibita reo obfuit. Testis affuit, qui septem & viginti fecerat stipendia, octiesque extra ordinem donatus militibus donis, in conspectu populi stetit, inde veste scilla terga virgis lacrum ostendit: nullum recutare supplicium dicitans, si res ipsæ causam afferere posset, cur Romanum eivem ea injuria afficeret. Oppius & ipse in vincula ductus, ante iudicii diem via decessit.

Claudii, Oppique bona in publicum deducta. Horum exemplo terræ college, ultra exili causa solum vertunt. Bona ipsorum publicata. M. Claudius asserit Virginiam damnatus, ultimam Virginio remittente poenam, I. ybur in exilium abiit. *Sab. lib. 4. Enn. 5.*
Augustus Cæsar pedagogus, ministroque Cæii filii, per occasionem valentinis mortique ejus superbe, avareque in provincia gratiscentes, oneratis gravi pondere cervicibus, præcipitavit in flumen. *Suetonius.*
NERONIS turpitudinem, & scelera, & populus Romanus tolerare diutius non potuit, & exercitus Galbam in Hispania Imperatorem creavit. Senatui consulu decretum, ut nudus per publicum ductus, unco collo ejus inserto, virgis usque ad mortem caderetur, atque inde è saxo præcipitaretur. Igitur desertus undique, è palatio fugit, noctis medio urbem egressus, sequentibus cum Phaone, Epaphrodito, Neophyrotique, & Ispadone Sporō, quem quondam exsecutum formare in mulierem tentaverat: in suburbano se liberti sui, quod est inter Salariam, & Nomentanam viam, ad quartum Urbis miliarium idu gladii transfegit, adjuvante tepidantem manum impuro eunucho: cum prius nullo recepto, à quo feriretur, exclamare: Itane nec amicum, nec inimicum habeo? Turpissimè vixi, turpius peream. *Suetonius. Entropius lib. 8.*

PHOCAS Mauritium Imper. crudeliter occidit, & Imperium invasit. Quod cum pari impotentia, & crudelitate administraret: tandem facta est conjuratio in ipsum à Prisco ejus genero: & quotquot Senatoris ordinis supererant, secreto per literas ab Heracleo (Heraclio, ad quem postea Imperium devenerat) tunc in occidentali Aphrica, & Lybia cum exercitu Republicam administrante, petierunt, ut populum Romanum ab impia Phoca tyrannide liberaret. Heraclius itaque filium Heracium cum peditibus, navaliq; apparatu contra tyrannum misit: victoria potitus, tyranno Phoca primū manus, ac pedes rescindicinde, quia honestissimum matronis vim intulerat, quasi in publicam poenam luxuria, pudibunda excindendi, tandem caput amputari, & postremo corpus ejus in bove a neo comburi jusit, omni ejus stirpe cum ipso extincta.

extincta. Hic tyrannidis, & scelus Phocæ finis fuit. *Niceph. A. lib. 18. c. 56.*

THEODORUS, seu Theodosius (ut Zonaras Tom. 7. habet) monachus Imp. Justiniano rebus Logotheti præfectus, tyrannidem in multis exercuit, & Imperatorem populo invisum reddidit: à populo Constantinopolitano in seditione, per plateam ad Taurum tractus, exultus est. *Paul. Diacon. l. 10. rer. Rom.*

ANDRONICUS Emanuele Constantinopolitano Imp. mortuo Alexium Emanuelis filium impostum facco, mari mergendum præcepit: ilupris, rapinis, incestu debacchatus est. His irritati Cives Constantinopolitani Ilaacium ad imperium elexerunt. Is, quod in singulos cives peccasset Andronicus, excogitavit supplicium, per quod singulis satisfieret. Itaque regalibus exutum, alteroque oculo privatum, asinæ dorso imposuit, versa in caudam hac lege, ut unicuique liceeret, quod lubet in eum verbo, & opere complere, vita tamen servata. Ergo concurrente undique plebe, clamoribus ubique suscipitur, luto, spuris, & stercoribus, urina obruitur. Tandem ad patibulum tractus, laqueo vitam miserrime finivit. *Guido Bisuricensis.*

PETRUM regem ob stupra, & rapinas Hungari regno eiecerit, Buda scelus auctore, & consiliario prius in conspectu Regis occiso. Nec Henrici III. Imp. armis cogi potuerit, ut tyrannum reciperent: mori se malle, quam sub tali bellua vivere, dicitantes. *Aventinus l. 5. A. D.*

PETRUS Candianus Venetorum Dux, donec patrem, & avos respexit, potuit merito ab exilio revocari, duxque in patris mortui locum substituit, magno totius civitatis gaudio. Dum verò suorum oblitus, V. Valdrade uxoris mores, & ingenium sequi mavult, quæ paternam Guidonis molliciem, libidinemque intulisset, ipeque luxuria, & quod consequi necesse erat) tyrannidè vacaret: ita quidem in populi Veneti odium incidit, ut ab eo cum parvulo filio interficeretur, cadaverque ipsius in macellum proreiceretur, dispersisque incensisque prius Principis adibus: quo incendio aurea ades D. Marci etiam consiligravit. *Egnat. l. 9. c. 1.*

C HUMEREDUM Glocestrensem Ducem, Henrici VI. Anglorum Regis patrūm, & tutorem fidelissimum, & fortissimum, & cuius nati Rex totus pendebat, Gulielmum Suthfolciz Dux falsis criminibus circumventum, justu Reginae strangulandum injustissimè curavit, & inde ipse rerum potitus, cum populum tributis exauriret, & non mislo in Galliam stipendia Normannia, & Aquitania amittenda occasionem præbisset: Anglorum seditione orta, patricidiis, & peculatus accusatus, frustra defendente Regina in exilium eiecitur. Cum navem conscendisset, ad adversariis retractus, interficitur, meritas suæ perfidie poenas dans. *Polyd. l. 23.*

IN SPECIE. POENA INFLECTA MAGISTRATIBUS,

QUI PERICULIS OBJECERE SUBDITOS.

SICINUS DENTATUS, Senatui, Patribusque semper infestissimus fuit: tamen cum bellum ab Aequis grave immineret. Romulum, & Veturium Consules educens exercitum cum octingentis, qui omnes alioqui per ætatem militia vacare possent, secutus est. Ibi Romulus per invidiam, neque tam quod speraret hostium castra excessio, atque tutissimo loco posita invadi posse, quam quod Siciniam factiosem, atque invivum D. Patribus mori cupiebatur: eum cum sua cohorte duntaxat jubet quo tramite ascendere, quo nusquam Aequi falli potuissent. Sicinius qui in iniquitate Imperii hoc agi videret, ut cum suis simul ad certissimum exitum mitteretur: testatus alios antea milites, Consul paruit. At resita fortunata cessit, ut solus sua virtute Romanis victoriam attulisset. Idcirco Sicinius factus Tribunus plebis. Cum Romulo L. Halienus Aedilis plebi, & Veturio diem ad Populum dixisset: visum est grave, suis ipsius civibus, atque militibus à Duce parari indictis: ibi vindictam, otiumque exerceri cum summo periculo totius exercitus, ubi summa concordia, mutuoque parentis, & imperandi officio maxime opus est: pecunia tamen, non capite lis æstimata est, qua constabat, eis privatum cum Sicinio nullas fuisse inimicitias, præterea justus, atque imperium Consulium, optime è Republica cesserat, ut alter iteniam mens eorum accipi, atque interpretari posset: quod in causa Sicinii fecissent, consilio non dolo malo. Quasi in bello, omnia imperia eo sepe clariora, quo cum majore periculo conjuncta sunt. Sed aliquid æ livoris, odive habere permixtum, indignum esse visum est populo

Romano, indignum item Senatui: itaque nec ab eo Consules triumphum impetrarunt. *P. Ærod. ex Dionysio Halicarn. E. l. 10. Plin. lib. 11. c. 11.*

NECAVERE INSONTES SUBDITOS.

M. CATO Confor è Senatui movit L. Quintium Flaminium, virtum consularem, in quem adeo gravi cest usus oratione, ut nec Titus Quintius ejus frater, fiti re Confor fuisset, fratrem in ordine retinere poterit. Caput accusationis fuit, quod cum ille Consul in Gallia esset, in gratiam ejus facti, quod ex urbe in provinciam accesserunt, Gallum hominem, qui à suis ad Romanos cum liberis transfugerat, ad colloquium admiffum in multorum conspectu, ut gladiatorii certaminis speciem, cujus vendendi impudicus adolefcens erat cupidus, ipsius oculis subiceret, gladio confectisset: & quod atrocitatem sceleris haud mediocriter auerit, Romano rum fidem implorantem. Valerius Antias è custodia cum e ductum prodidit, ac fecuri percussum, nec in pueri, sed puellæ gratiam, quam Placentia perditè adamasset, quæ convivio adhibita telata esset, fiti humane sedi nunquam interfusse. Sed Catonis oratio prior opinioni, ut Livius, scribit, astipulata est. *Sab. l. 7. Enn. 5.*

EXPILAREVE SUBDITOS.

F MACEDONUM Legati multa sunt Romæ de Junio Syllano Prætorè questis, quod provinciam foede spoliaret, pecunias à quocunque accepitis. Adeo rei indignitas movit Senatū, ut ad unum omnes cognitionem super ea te decernerent. I. Manlius Torquatus, Syllani pater, à Senatui impetravit, ut ejusmodi sibi cognitio mandaretur, futurum, ut omnes intelligerent, ex ea familia natum, in qua plus leges omni tempore valuisse, quam natorum caritas. Id cum facile impetrasset, privato iudicio, more Majorum, domi sedens filium adeo acerbe condemnavit, ut suspensio ille vitam finierit. Additum ignominia, quod ne funeri quidem interese voluit. *Sab. l. 9. Enn. 5.*

PRÆDAM INÆQUALITER SUBDITIS DIVIDERE.

POSTHUMIUS Regillensis Tribunus militum, auctoritate consulari ad bellum contra Aequos missus, cum Volas oppugnaret, nec militibus prædam (prout promiserat) concederet, à suis obrutus est lapidibus. *Livius l. 4.*

LIVIVS SALINATOR, vir consularis, damnatus est à Populo, quod quædam non æqualiter militibus divisisset. *Fron. l. 4. C. 1. & Plin. de Vir. illust.*

EXARMAREVE SUBDITOS.

CHRISTERNUS II. Danorum Rex, Suecorum rugno potitus, armis interdixit Sueconibus, caque excurrere jusit: At cum rusticis armis destituti à feris crudeliter vexarentur, vel inivitis regis præfictis nova arma compararunt. Id agrè ferentem Regem, & ad vindictam propensum, regno citra expulerunt. *Olaus l. 18. c. 14.*

INJUSTITIÆ CIVIUM, VEL SOCIORUM, VEL CONFOEDERATORUM INTER SE POENA JUSTA.

Ex Tit. Poena Desertorum, Desertorum, Proditorum, Avaritia militum, hic quædam accommodari poterunt.

SALOMON Rex, Joab Sarviz F. Davidis sui patris polemarchum, aras tenentem, & ad Regem venire nolentem, à Banaja occidi curavit: propterea quod duos fortissimos viros, Abner Nec F. Saul Regis ducent exercitus, & Amasiam Jether F. Absalon polemarchum (quorum uterque mortuo domino ad H Davidem confugerat) simulata amicitia perfidè interemisset, veitit, ne apud Regem plus gratia valeret. *3. Reg. 2.*

Tradunt, Bacchum ex Asia in Europam cum exercitu transiitum, cum Lycurgo Thracum, qui sunt ad Hellespontum, reges, societatem corise. Cum somnas primum in Thraces velut amicos traduxisset, & Menades omnes milites suos Bacchum aggredi, ipsumque, & Menades omnes obruncare. His per quendam aecolam Tharopem nomine cognitis, terribis Bacchus, cum noudum transfretissent milites, eorum, præsidio occultè ad exercitum transiit. Lycurgus Manades aggressus in loco, qui appellatur Myrus, omnes interemisse dicitur. At Bacchus exercitu traducto, Thracem pugna superavit, captivumque privavit oculis, domesticis ejus cruci affixis. Tharopi, memor beneficii, Thracum imperium concessit, tradidit ei Orgia celebrandi modo. *Diod. lib. 2. cap. 5.*

Cum Pelasgi terram, que est ad Hymetrum, habitandum concessissent Atheniensibus, & Pelasgi illorum filios, & filias quoque ad novem fontes aquarum irent, vitarent: & tandem,

quoque de opprimendis Atheniensibus consilia agitant: ab Atheniensibus ejeti, tum alia loca, tum vero Lemnum obtinuerunt. Herod. lib. 6.

MINYÆ, Argonautarum progenies, ex Lemno ab Achais ejeti, quia Atheniensium feminas ex Braurone præditi essent, in Taygeto monte confederunt, ibique accensis ignibus, missi ex Lacedæmone sunt, qui ad eis fecerantur, qui hominum essent, aut qua fiducia in alieno solo tam otiose confederissent. Responsum his est, Argonautarum se progeniem esse, Lemno insula ab Achais ejetos novas sedes quaerere. Tum Spartiata, quia Castor, & Pollux ex Argonaumis fuissent, per eosque cognatio quadam sibi cum ea gente intercederet, in civitatem Minyas accepere. Hic illi cum uxores duxissent, essentque adorti res novas moliri, & aperte regnum affectare, in vincula comiecti, digni sunt morte iudicati. Quamvis postea uxorum astu & carceribus liberati fuerint. P. Max. lib. 4. c. 6. & Herodot. Sabell. lib. 8. Enn. 2. Polyan. lib. 8. non Minyas, sed Tyrthenos vocat.

Tymbro, dux Lacedæmoniorum, præsidio missus civitatis Joniæ adversus Tissaphernem, cum domum redisset, accusatus à focus, quod exercitui amicos diripiendos tradidisset, damnatus exulavit. Xenophon lib. 3. Rerum Græcarum.

ATHENIENSES Chiorum amicitia, & societate usi, cum eos societas effugere cognovissent, jus omne amicitia illis renunciarunt, & Numidina eorumdem pro adulterino iudicantur, & x. litera notantur: ut innumerent, uti nummi adulterini essent, sic & animos Chiorum fallaces esse. Inde fluxit, ut omnia adulterina, pecuniæ præsertim, & idcirco dicerentur, quasi χιδνα, hoc est, χι litera notata. Eustathius in Homerum.

ALEXANDER Judæorum Rex, simulans sese amicam, & socium Ptolemæi Lathuræ à matre Cleopatra Agypto pulsi, 400. argenti talenta pollicitus est. Ptolemæus in Alexandri gratiam Zoilum tyrannum Seratonis turris cepit, & agros Judæis attribuit. Verum cum intellexisset Ptolemæus, Alexandrum clam Cleopatram matrem contra se incitare, dissoluto fœdere, urbes quasdam Judææ cepit, & cum Alexandro signis collatis, ex ejus exercitu 30. millia interfecit. Joseph. lib. 13. c. 20. Vide Tit. Cruditatis erga hostes viros.

PTOLEMÆUS, Lagi F. cum ad sustinendum Maga fratris impetum (qui ab eo deservierat, & Cyrenem occuparat) & alios mercenarios milites, & Gallorum ferme quatuor millia conducta haberet, & eam manum compensasset de Agypto occupanda consilia iniretore in desertam insulam per Nilum deduxit. Eo in loco ad unum omnes, cum mutuis consoli vulneribus, tum fame enecti perire. Pausan. in Atticis.

Q. Pleminius Propator à P. Scipione Locris relictus, multo crudelialis, quam Pœni Locrentes vexare adortus est. In ipsorum Locrentium corpora, in liberos, in conjuges, infandæ contumelia editæ. Nec avaritiæ minor libidine: quippe quæ ne à sacris quidem Profepinæ thesauris abstulit. Romani ipsi, qui in præsidio erant, seditione agitati, media urbe inter le armis dimicantur, violatusque est Pleminius, nasoque & auribus ferro desectis, semianimis à militibus relictus est. Ad quam seditionem comprimendam Scipio Locros profectus, cognita causa Pleminium absolvit, Tribunosque ei tradidit, qui cum ipso in urbe hospititer consulerant, ut eos sub custodia Romam mitteret. Ille post Scipionis discessum deditos crudeliter necavit, atque insepultos projecit: pati crudelitate in Locrentium principes usus, qui ad Scipionem de sua injuria D quæsum jussit dicebantur. Unde decem Locrentium legati, obiti squalore, & sordibus, ramisque olivarum manibus gestantes, Consules adeunt, deque injuria à Pleminio, & Romanis militibus illata conqueuntur. Legati missi Locros ad cognoscendam causam. Pleminius cum triginta aliis facilligis, & sceleris convictis, damnatusque Romam ad supplicium missus, prius vita desectis, quam populi iudicio sit damnatus. Sab. lib. 5. En. 5.

Cum in præsidium Rheginorum legio Campana cum Præfecto Decio Jubelio missa esset, milites allecti Rheginorum opulenta, ita fidem violarunt, ut occiso Jubelio, & in ejus loco sua sponte M. Calio suffecto, Rhegium occupaverint: cives alios urbe, alios opibus, alios vita privarint. Hoc turpiter admillum, perfidè, & contra jus gentium, mandavit Senatus Genutio Consuli, ut severè vindicaret. Is urbe oblecta, captivique omnibus, de aliis quidem supplicium sumplit: trecentos vero milites cives Romanos, quia magis eorum iudicium ad Senatum, populumque Romanum pertinere videbatur, Romam deportavit. Hos licet M. Furius Flaccus Trib.

plcb. denunciaret, ne in cives Romanos adversis morem Majorum animadverteret: attamen Senatus ita hoc modo puniri decrevit, ut quinquageni per singulos dies virgibus casti, securi percuterentur: neve eorum aliqui sepelirentur, sed & eos lugeri veruit. P. Arodius ex Polybio lib. 1. Epit. Livianus lib. 12. Val. Max. lib. 2. cap. 2. Paulo Oresio, lib. 4. cap. 3.

Anno sal. 1478. cum Florentini quidam Patricii contra Mediceos conjurassent, Florentini Francicum Salvium, Pisana Ecclesiæ Archiepiscopum, quod per fraudem occupare palatium voluissent, ad palatii fenestras suspenderunt: Jacobum Paceum, equestri honore, magnisque opibus insignem, ead casdem fenestras addiderunt, quia in conjuratorum numero esse deprehensus erat: nec infami ejus mortis genere contenti, mortuum pueris, ut per urbem ab alino traheretur, & tradiderunt: ac postea in profluentem Arnem projecerunt: publicatæ quoque bonis, ignominia graviorem notam appofuere, sanctione facta, ut ea gens ex Florentina urbe deleteretur: item ut vicus, qui à Salvata gente dictus erat, in posterum alio nomine appellaretur. Honorem etiam recenter excussu ignis sabba-to sancto, quem magno apparatu ea familia per urbem circumferabat, ut volentibus impartiretur, ad Priores (is magistratus est) lanificio præfectos transferunt. Ut autem hujus acerba severitatis perpetua memoria extaret, ad fenestras, ubi appensi fuerunt illi, in quos animadverterunt, effigies eorum, in eo statu, in quo suspensi manserant, pingi iusserunt. Fulg. lib. 6. c. 3. & Egn. lib. 6. cap. 5.

INJUSTITIÆ ERGA HOSPITES

POENA. TUM IN GENERE.

AMMONITAS & Moabitis propterea, quod erga Israelitas ex Agypto egressos inhospitales maximè fuissent, æterno odio prosequendos esse, Dominus per Moysem affirmat. Deut. 22.

IN SPECIE, OB HOSPITIUM CADEM.

Scyron latro in Attica, à Thesio in mare præcipitatus est, quo prius hospites ipse deturbarat: cujus ossa mutata dicuntur in scopulos, qui Scyronia faxa etiamnum hodie dicuntur, nautis infesta. Plut. in Thesio.

Celta gravior in illum animadvertunt, qui peregrinum, quam qui civem occidit. Huic enim exilium, illi mors pœna C itatur. Stob. serm. 42. ex Nic. de Moribus gent. hist.

Apponebat suis equibus hospites lanians Diomedes, Rex Thraciæ: est & ipse ab Hercule (si vera sunt, quæ Tragicis scribunt) illi lanatus: & supplicium, quod in alios fuerat commentus, multo justius ipse est demum expertus. Sabell. lib. 10. c. 4.

Cum pompejus Magnus, acie fusus, profugientisque Cæsare, Agyptum apud Pelusium appulisset, Regis pueri etiamnum curatores cum amicis de eo deliberabant, nec erat sententia omnium una. Alii recipiendum, arcendum alii Agypto censent. Theodotus vero quidam Chius mercenarius, rhetoricorum doctor, qui in contubernio Regis erat, in consilium tunc meliorum raritate admittus, utramque partem demonstravit falli, tam qui recipiendum Pompejum, quam qui dimittendum consulebant. Unum enim in præsentia expedire, ut receptum interficerent, adiecitque in peroratione. Mortuos non morderet. Cum esset in sententiam hujus discessum, exemplum rei incredibilis, & inexpectatæ, occubuit Magnus Pompejus ditione thetorica, Theodoto auctore, ut ipse gloriàs jactabat sophista. Paulo post superveniente C. Jul. Cæsare, ceteri pœnas pendentes mali malè perire: Theodotus vero spatium à fortuna ad obscuram, inopem, & vagabundam vitam mutatus, peragrante post interfectum in Senatu Cæsarem Asian non lauit M. Brutum: sed raptus ad eum, & punitus, nomen ex morte, quam ex vita nobilitas accepit. Plut. in Bruto.

Grezomislaus, Bohemorum dux, bello victum Uratislam patrum interfecerat, ejusque filium Duringo Comiti ad Egram si custodiendum tradiderat. Is puero super Egram concretum pisces captanti caput abstulit, illudque muneris loco Grezomislao Prage obtulit, æmulum regni se sustulisse inquiens. Grezomislaus perfidiam hominis detestatus, genus mortis triplex ei proposuit, Gladium, Laqueum, præcipitium. Duringus ex alio vicina sese suspendit, quæ postea arbor Duringa dicta est. An. Syl. in hist. Bob.

VERBERA.

ALEXANDER Severus Imp. militem, qui anum hospitem suam pulsaverat, non contentus militia exauctorale, servum, atque auri

aurigam ipsius mulieris esse iussit: ut qui injuria in eam auctor fuerat, ipsius commodis, atque necessitatibus in posterum operam suam additam haberet. Fulgof. lib. 6. cap. 3.

STUPRUM.

Militis qui hospitem violarat, Arelarianus Imp. duabus magnis arboribus ad terram deflexis, alligari crura iussit, qui, reddenibus vi sua in confuetum statum arboribus, in duas partes disceptus est. Fulgof. lib. 6. cap. 3.

EXPOLIATIONEM.

Erat Philippo Macedonum Regi miles expertus virtutis, & multi ab Imp. cohonestatus muneribus. Fortè ex naufragio exutus omnibus, vix etiamnum spiritum ducens errabat, consilii inops. Eum conspicitur Macedo quidam benigne amplexatur, jubet bene sperare, semivivum in villam suam perducit, fovet accuratè: lectulo cedit quoque, nec patitur quicquam frustra ab eo desiderari. Postremò digredientem viaticum etiam instruit, submurmurante identidem: Non sentiar ingratus, parem rationem faciam, licet modò mihi Imperatorum meum adire: Venit ille ad Philippum, miseriam suam exponit, sed hospitis benignitatem reticet. Nec satis. Miserantem illum inducit impudentem quidem, sed militari- ter donec sibi Macedone jusculum agros. At is non alius erat, quam ille ipse hospes: qui tam inhumaniter, & ferè omnibus exutus, nihil distulando, per epistolam facti fecit Philippo insinuat. Excanduitis, nec valens tam insignem fœvitium deoquerere, improbilissimo homini, beneficium rarè fortune inusitata rabie retalianti, tigmata iniuri jussit, restituito in integrum priore domino. Cælius 1.7. c. 28. LeG. Antiq.

HOSPITIUM DENEGATUM.

LUCANORUM Rex est xaxoxovias, in eos, qui peregrinos post Solis occasum hospitium petentes non exciperent. Aelianus lib. 4. de Var. hist.

COMMEATUM DENEGATUM.

ARGONAUTE, duce Jafone, Colchos navigantes, Simoentis ostia intrarant. Laomedon Trojanorum Rex finibus suis eos excedere iussit. Reversus Colchis Hercules, Laomedontem occidit cum omnibus liberis, excepto Priamo, qui forte aberrat: & Helione fore, quem Telamonio socio, quod primus mœnia confendisset, munitis loco dedit. Priamus rerum potitus, Heli non per Antenorem repetit. Quam cum reddere nollet, Alexandrum F. cum classe regia in Græciam mittit. Alexander ex improviso superveniens, Helenam Menelai uxorem in fano Apollinis in insula Cythera raptam abduxit. Hæc belli Trojani primordia fuere. Dares Phryg.

INJUSTITIÆ ERGA LEGATOS COMMISSE POENA PER CÆDEM.

Arabes, astu superato Herode Judæorum Rege, & Judæa vehementi terramotum miserè concussa, Judæorum Legatos pacem poscentes necaverunt. Verum non multo post ab Herode gravissimis affecti cladibus, domitique, sua perfidia dignos fuerunt pœnas. Joseph. lib. 15. c. 8. Antiq.

ORÆTES præfectus Sardiæ, cum quendam è nunciis, qui à Rege Dario ad ipsum venerat, & parum jucunda nunciaret, trucidandum curasset in itinere, & cum ipso quo occultandum, submissio Bageo, opera Regis interfectus fuit. Her. 1.3.

ALEXANDER Magnus miserat caducatores, qui Tytios ad pacem hortarentur: quæ non solum non accepta est, sed contra jus gentium Legati sunt ab his interfecit, & corpora in pelagus projecta. Ea Macedo iniuria irritatus, quia navibus caretis, perpetuo aggere Tyrum continentem reddere est adortus, & tandem crudelissimè expugnavit. Sab. lib. 4. En. 4.

TEUCAS (Bonifium Teutana) Illyriorum Regina, quæ in regnum Agroni successit, domesticis opibus freta (nullus enim Illyriorum Regum majores ea temperate ducit vias copias, pediferos, equitresque, quam Agron, cui Teucas nupti suarumque rerum successu elata, suis potestate fecit navigandi, marisque latrocinium in quoscunque finitimorum exerceret. Classem adhæc suo nomine instruatam emisit, quæ omnem oppositam Italiæ oram præderat. Cum multi questum de Illyriorum iniuria ad Senatum Rom. venissent, C. & L. Cornicani Legati in Illyricum mittuntur. Obsidebat tunc Teucas istam insulam, quæ una omnium adhuc imperium deterebat: & legatis lociorum querelas exponentibus, ita illis occurrit, ut diceret, daturam se operâ, ut nulla publicè iniuria Romanis fieret. Ceterum prohibere suos, quo minus privatim

fructum è mari caperent, neque regii id moris esse, neque se inhibituram. Tum ex Legatis minor natu fortiter quidem, E sed parum temperivè: At quoniam, inquit, Romanis, o Teuca, optimus mos est, privatas iniurias publicè ulciscendi, juvandum injuria affectos, dabimus operam, diis volentibus, ut vel invita regiam istam consecundinem emendes. Tam feroci responso èo iracundia, cujus ille fexus impatiens est, processit Teucas, ut jure gentium neglecto miseret, qui Legatos è Romam missos adorti, juniorem obruncarent. Legati cæde Romam nunciata, delectus confestim habetur, paraturque studio Clafsis, C. Fulvius Centimalus, & L. Posthumius Cof. multiplici clade Teucam affecte. Tandem per Legatos pacem à Romanis his conditionibus impetravit, ut quotannis tributum popi Rom. solveret, ut rota ora Illyrica, præterquam paucis locis excederet, ne ultra Lyffium nisi cum duobus lembis navigaret. Sabell. lib. 9. En. 4. & Bonfin. lib. 6. Dec. 1.

PULSATIONEM.

Ex Tatii Sabini familiaribus quidam, latrocinantium more, Laurentini agri fines ingressi, pecus inde abergerant, obvioque nonnullos spoliarant. Censuit Romulus fontes ad supplicium dandos. Apud Tatium plus omnino suorum gratia, quam jus gentium valuit, qui non solum postulata non fecit, sed abeuntes etiam Legatos à suis violari est passus. Sed fontium pœnam Tatius in se vertit: qui cum haud multo post Lavinium ad solemne sacrum venisset, impetu in eum facto, privato consilio, ab his interfecit, quorum cognati fuerant à Tatiis violati. Tulit Tatii mortem Romulus minus agrè, quam laturus putabatur: dubium, infida regni societate, an quia jure casum existimaverit. Imperio recepto, ad expiandum scelere civitatem auctor exiit, ut qui Laurentinis legatos violassent, ac supplicium dederentur. Plutarchus religiose id factum existimat, quod cum pestilentia urbem invahisset, credere vulgò, quoniam violata in legatis jura non vindicarentur, eam cladem civitati deorum illatam. Romuli exemplum Laurentini secuti, & ipsi regie cædis auctores communi consilio dedunt. Eos Roma causam dicere iustos, cum haud levia afferrent, identidem testati, Regis injuria fe ad ejus cadem compulso: à quo non solum non reddite res essent, sed qui ad eas repetendas missi fuerunt, jure gentium violato, cædi passus esset, Romulus crimine liberavit. Ex G Dion. Halicarn. 1.2. Sab. lib. 3. Enn. 2.

Si quis legatum hostium pulsasset, contra Jus gentium id commissum esse semper existimatum est: quia sancti habentur Legati, ideo quod conveniens, & utile est hominibus, non immorales esse inimicitias, quare inviolabiles esse oportere, per quos de amicitia, & fœdere tractaretur. Itaque eum, qui legatum pulsasset, dedi hostibus, quorum erant legati, publice eis facisher, utilius esse, plerumque responsum, & iudicatum est, quam aliqui isti belli occasionem Isth civitati concedere. Igitur M. Emilio Lepido, L. Flaminio Cos. L. Minucius, L. Myrillus, & Manlius, quod legatos Carthaginenses pulsasset dicebantur, iussu Q. Terentii Prætoris urbis per Feciales traditi sunt legati, & Carthaginem advecti. Cum etiam legatos ab urbe Apollonia Romam missos, Q. Fabius, Cn. Apronius Aediles orta contentione pulsavissent: eos Senatus continuo per Feciales legatis dedit, Quæstoremque decrevit cum his Brundisium proficisci, ne quam in itinere à cognatis deditorum injuriam acciperent. P. Arodius, ex Tit. Liv. Decad. 4. lib. 6. Val. lib. 6. cap. 6.

IGNOMINIAM.

David Rex legatos mittit Hanon Naas F. Ammonitarum Regem, qui eum de patris morte conloquerentur, cum quo amicitia intercesserat Davidi, & eandem cum ipso quoque ratam fore promitterent. At Hanon legatos tanquam speculatores cepit, eisque barba dimidium rasit, & medias vestes ad nates usque abscidit, eosque dimisit. David ac injuria offensus, legatos Hierichone manere iussit, donec barba crevissent. Joab cum exercitu contra Ammonitas missus, eos simul, & Syros auxiliares gravi clade afflixit. Qua magis irritati Syri, denuò ad Helam ab ipsomet Davide casti, ad xl. millia equitum, & dcc. quadrigarios, & in posterum tributarii facti. 2. Reg. 10.

CORINTHI sub Philippi existentis Imperio, adversus illum contentiones exercuerunt, & contra Romanos insolenter haberunt, adeo ut quidam Corinthii in prætereuntes eorum tecta legatos, fordes in fuisse præsumpserint. Pro hisce autem rebis, aliusque delictis, evestigio pœnas lucrunt. Eo enim missi ingenti exercitu, Corinthus à L. Mumio Achaico solo æquata

A Equata est, & reliquis usque ad Macedoniam tractus sub Romanum sit imperium. *Stabo lib. 8.*

Perfarum Regis Legatid Carolum Magnum Aquifgranum missi, cum durius à Gallis excepti, idipsum apud Carolum conquesti essent, majorem scilicet ipsius apud Perfas quam apud Gallos, auctoritatem esse: omnes Praefectos, Ducesque, per quorum provincias iter fecere Perse, magistratu movit, in ordinem privatum redegit: Pontifices ingenti pecunia numero multavit, Legatos omni cura, officio summo, pietateque domum deducendos curavit: Regique Perfarum dona vicissim misit. Asturones equos, mulos Hispanicos: item paludamenta Frisia alba, cærulea, proprium Germanorum vestimentum: & canes nobiles ad venandum, quos Germania gignit velocitate, & ferocia insignes. *Aventinus lib. 4. Annal. Bojor. A. D.*

CARCERES.

Petrus, Consalvi Magni nepos ex Alfonso fratre, Ferdinandandi Regis Hispania lictore sacrosandum violant, & vincitum Mondelliam oppidum, ab avo Petro validis mœnibus cinctum, auctumque arce munissimam, quæ marmoreis ornamentis erat insignis, ac omnium inter Baticas longè pulcherrima, duci curaverat. Quod facinus cum Ferdinandus armis vindicare pararet, Consalvi Magni intercessione mitigatus, Petrum reiecit extra aulam ad decem milliaria, ne ei fas esset longius abesse, quam ut itinere unius diei acciri, revertique posset. Addidit quoque graviore decreto, ut Mondellia funditus everteretur, ut æquata solo, apud turbulentos proceres regie severitatis testis foret. Nec Consalvus vel maximo precibus impetrare potuit, quin paternæ virtutis monumentum, tantis sumptibus ædificatum, quod esset ipsius naturæ solum, & totius Baticæ maximè decorum, & celebre, deleteretur. Quamquam Gallæ Regis Legatus molliendo Regi deprecatoris adhibuisset, qui æquum esse censent, ut qui curbes, infinitaque oppida pro Regis cepisset, in mutuo munere paternam oppidum impetraret. Sed Rex obstinatè mansit in decreto, ea tamen moderatione, ut pro Mondellia, totius Baticæ conseruam intra paucos dies funditus everfa, Loxam urbem Consalvo possidendam dono daret, scilicet ut injuriæ atrocitas eo munere leniretur. *Jovius in Consalvo.*

C INJUSTITIÆ ERGA HOSTES POENA JUSTA. SIVE COMMISSA SIT.

BELLUM INFERENDO.

Græci, & Latini belli jura sanctissimè, ac religiosissimè observabant: videlicet ut res prius per Pœciales, & oratores bonos repererent: Verbenarium clarigatum mittent, res raptas clarè repetunt: denique ante omnia vicinos populos judices controversiarum suarum admitterent, quàm ferro, & igni remagerent. Hujus tantæ moderationis exemplum est in Achæis. Hi cum in vitam societatem cum Argivis, ultro, ac temerè bello lacerantes violassent: in jus vocati coram Mantinensibus, forensam concertationem non recusarunt. Igitur quamquam id à fe, Argivos ab Aristippi tyrannide liberandi causâ, communique studio totius Græciæ libertatis factum esse dicerent, duce & suatore Arato: tamen rupta fœdera, pacem infractam, quæ tum in ita erat, cum jam essent Argivi sub Regibus, negare non poterant. Ergo Archæos grandi pecunia multari placuit. Non expenderunt eam invitæ, armaque legibus cadere æquo animo tulerunt. *Ærodius ex Platarchi Arato.*

Obides pro captivis habentur: quare neque testari possunt, nisi eis permittatur: & bona eorum ferè publicantur, ac si fides frangatur ab his, qui dederunt, puniuntur: ut merito quasi poena destinati, ac dediti sub conditione, dici possint. Exemplo fuerit trecenti obides à Volscis P. Servilio dati, ut eos Romam quasi pignora fœderis adduceret. Hos enim trecentos, postquam Volsci bellum integrarunt, rupto fœdere, sine justa causa, non lacerati, Consul Appius Claudius in forum adduxit, atque spectante populo, & approbante, virgibus castos securi percui jussit. *Ærodius ex Livio.*

Ludovicus Bossionis F. spe Italici regni, Augustique nominis, quod Ludovicus maternus ejus avus obtinuerat, adductus, in Italiam transivit. Eum Berengarius praelio victum cepit, dimissique jurejurando adactum, se deinceps Italici rebus temperaturum. Domum reversus, vix annum conquievit. Exin Italia contra jusjurandi religionem repetita, rursus captus, luminibus privatur. *Æmilius lib. 3.*

SALADINUS Sultanus Ægyptius, captos in praelio Guidonem Lusignanum Hierosolymorum Regem, & cum eo multos alios Principes, omnes humanissime habuit, excepto Raynaldo Castillono, qui Antiochiæ principatum obtinebat: cui manu sua caput adem, quod contra induciarum fidem bellum ejus intulerat. *Fulgos. lib. 6. cap. 5.*

NON REDEUNDO.

Exiis, qui capti ad Cannas fuerant ab Hannibale decem legati Romam venire, captivorum causam acturi, ut redimerentur. Eos Hannibal jurejurando prius adegerat, ut in castra revertentur. Eorum unus, quasi aliquid oblitus, in castra rediit, & velut jam redeundi sacramento non teneretur amplius, cum Senatui captivos redimere non placuisset, domi mansit. Quod ubi in curiam est allatum, universus Senatus eum comprehensum, furi custodia ad Hannibalem duci censuit. Est & alia de legatis fama, his legatos missos, ac decem, qui prius venerant: qui in castra ex itinere reversi essent, velut captivorum nomina cognovissent, tanquam soluti religione essent remansissent, ac in his dedendis actum magna contentione in Senatu, paucisque sententias victos, qui eos dedendos censuerunt. Ceterum sequentibus censoribus adeo ignominiosè notati sunt, ut eorum quidam sibi mortem conficerent: alii non solum foro, sed luce hominum, omnique publico congressu in reliquum vitæ abstinent. *Ex Valer. lib. 2. c. 4. & Gellius lib. 7. cap. 18. Sab. lib. 2. Ann. 5.*

DIRIPIENDO.

Anno M. D. XXXVII. Barbarossa Turcica classis Præfectus, Castrum Tarentini agri oppidum, octo millibus passuum ab Hydrunte situm, deditione cepit, ac lege, ut barbari ab omni muliere de filiis spontè supplicium facere, nisi paternum in liberis amorem, & magnitudinem scelerrum superaret. Igitur Phineo de bellato & occiso, cum exemptis liberis, hunc regno restitudo de noverca vindictam sumendam esse omnibus Argonautis videtur: censuit Hercules, istius puniendæ arbitrium ad Scythiam patrem Idææ Scythiæ regem descendendum esse: aut certe non nisi eo auctore animadvertendum, cujus sit in Idæam proprium, atque naturale Imperium: neque alia re magis hoc Phineo patris iudicium iniquum fuisse videtur, quàm contrariò alterius patris iudicio. Scythia filiam morte condemnavit. *Æquissima enim est calumnians, poena talio. P. Ærodius, ex Diad. lib. 4. Aliter tamen Eustathius Odess. ubi Harbyas ab Argonautis gratis pulsas scribit.*

EXPLORANDO.

Bello Punico secundo explorator Carthaginensium, qui G. biennium Romæ festelaret, deprehensus, præcis manibus dimissus est. *Sub. lib. 1. Eun. 5.*

E CUSTODIA FUGIENDO.

PHILEAS Tarentinus, cum jam diu Romæ per speciem legationis esset, aditum sibi ad obides Tarentinos invenit. Custodiebantur in atrio Libertatis, minore cura: quia nec ipsi, nec civitati eorum, fallere Romanos expediebat. Hos crebris colloquiis sollicitatos, corruptis aditus, cum trinis tenbris custodia eduxisset, ipse comes occulti itineris factus, profugit. Luce prima vulgata per urbem fuga, missi qui sequerentur, comprehensos omnes retraxerunt. Deductos in Comitio, virgibus castos approbante populo, de saxo Tarpejo deici placuit. *Livius lib. 5. Dec. 5.*

INSIDIANDO.

ALFONSUS XI. Castellonenfis Rex, cum Algaziram urbem Mauris possessam obsideret, eum Maurus quidam, ut ipsam H. intrimeret, profectus, eum captus esset, atque habita disquisitione fateretur, ejus rei gratia se venisset, ut pro patria, disque suis vitam offerret: novis amictum vestibus, data insuper pecunia cum praesidio incolumem ad Belmarin Regem misit. Rex quamquam barbarus, diu acerba voce inereperant, quod tanti animi Regem occidere tentasset: statim, ne pecuniam evaderet, interfici jussit. *Fulgos. Egnat. lib. 5. cap. 1.*

PACTA NON SERVANDO.

P. Scipio Major, cum trajecisset in Africam, ac terra potitus hostium castra concremasset, Carthaginenses missi legatis fœdus eum Scipione pepigere: pollicentes, se & elephantos, camelosque, & naves, & pecunias daturus. Ceterum postquam Annibal abnavigasset ex Italia Carthaginem, cepit illos conventorum penitere, eò quod jam animum recepissent. Id audiens Scipio, negavit se, etiam si ipsi vellent, pacta servaturum: nisi prius imperatis adederent talentorum quinque millia, hoc nomine, quod Annibalem accersissent. *Plur. in Rom. Apopbth.*

INJU-

A INJUSTITIÆ PARENTUM ERGA LIBEROS POENA, COMMISSE PER ILLEGITIMUM THORUM.

Vide Tit. Pœna illegitimi ortus.

CÆDEM.

Apud Ægyptios patres, qui filios occiderent, non erat poena mortis indicata: sed tribus diebus, noctibusque continuis editum, ut circa defuncti corpus assisterent, publica etiam custodia affante. Non enim justum putabant, cum privati vita, qui vite filius auctor fuisset: sed potius continuo dolore, factique poenitentia affligi, quo ceteri à simili facto averterentur. *Diad. lib. 1. c. 6.*

IDOMENEUS rex Crete, qui cum Græcis ad Trojam militavit, in reditu tempestate vexatus, promissis, si sospes in regnum rediret, se hoc immolationem, quod exenti sibi de nave primò occurrit. Itaque cum filium suum, quæ prima occurrebat, immolasset, aut, ut alii dicunt, immolare voluisset, à Cretenfis regno pulsus est. *Homerus, & Polaterranus lib. B. 16. Anthrop.*

PHINEUS Rex Thraciæ, & Cleopatra duos filios habuerunt. Mortua Cleopatra, Phineus Idæam novercam filius super induxit. Hæc calumniis, falsisque accusationibus eum se à privigenis violatam esse diceret, effecerat, ut hos pater verberibus castos in terram defodi vivos imperaret. Poenam expectabant: & Argonautæ duce Hercule, qui eò navibus appulsi, paterna iniquitate accepta, filios supplicio liberati æquillum esse arbitrabantur. At Phineus non patiebatur de iudicio suo quæræ, ac recognoscere, rectè, ac perperam judicasset. Nullum enim patrem de filiis spontè supplicium facere, nisi paternum in liberis amorem, & magnitudinem scelerrum superaret. Igitur Phineo de bellato & occiso, cum exemptis liberis, hunc regno restitudo de noverca vindictam sumendam esse omnibus Argonautis videtur: censuit Hercules, istius puniendæ arbitrium ad Scythiam patrem Idææ Scythiæ regem descendendum esse: aut certe non nisi eo auctore animadvertendum, cujus sit in Idæam proprium, atque naturale Imperium: neque alia re magis hoc Phineo patris iudicium iniquum fuisse videtur, quàm contrariò alterius patris iudicio. Scythia filiam morte condemnavit. *Æquissima enim est calumnians, poena talio. P. Ærodius, ex Diad. lib. 4. Aliter tamen Eustathius Odess. ubi Harbyas ab Argonautis gratis pulsas scribit.*

Martina, secunda Heraclii uxor, ejusque ex fratre neptis, Constantium privignum, qui patri successerat, opera Pyrrhi patriarchæ veneno tollit, metuens ne unquam filius suus Heraclonas in Imperio succederet: quandoquidem Constantinus ex Gregoria Niceæ patricii filia Constantem, & Theodosium filios suscipisset. Eo mortuo, arripit Imperium. Sed vixidum exacto biennio Martine lingua, Senatus Constantinopolitani Imperio, excusatur, ne eloquentia sua populos commoveret: Heraclonas naso abscesso defœdatur, ne forma sua ad commiserationem populos induceret: ambo in exilium Cappadociam missi sunt. *Cuspin. in vita Heraclii A. D.*

INSTITUTIONEM MALAM.

Filios parentibus alimenta non debere, sanxit Solon, si autem nullam essent edocti, vel si de meretricis forent semini concepti. *Calvus lib. 11. c. 7. A. L.*

D CORRECTIONEM NEGLECTAM.

Apud Lacones, cum duo fratres inter se dissidium haberent, Lacedæmonii multam dixerat patri, quod filiorum discordiam dissimulasset. Juvencibus ignoscendum putarunt: sed quicquid illi per calorem iræ pacissent, parenti imputabant, cuius auctoritas providere debeuerat, ne quid inter filios oriretur, si multatis: *Plur. in Lacon.*

CALUMNIAS.

CONSTANTINUS, Imp. Constantii, & Helene filius, uxorem Faustam (cujus suavi Crispum filium innocentem prius interfecerat) in balneis ardentes conjectam interemit. *Sextus Aurelius.*

NUPTIAS SECUNDAS.

Legem de noverca datam, ajunt legislatores Thuriorum Charondam his verbis scriptam tradidisse: Qui liberis suis novercam superinduxerit, eum neque ullo dignitatis loco, pretere virum habeto, neque ulla civium consuetudine communicare, fruique finio: quippe qui malum alienum rebus ipse

suis intulerit. Si prosperè, inquit, tibi conjugium fortè successerit, primum eo successu cõtentus conquiescito. Sin adversum obigerit, furiosi nempe est, idem malum secunda exploratione tentare velle. Nam qui bis ab assequenda re in suis negotiis fallitur, demensis merito existimatur. *Diad. lib. 12.*

INJUSTITIÆ LIBERORUM ERGA PARENTES POENA JUSTA COMMISSE PER

INOBEDIENTIAM.

Apud Israelitas filius cum parentibus inobediens esset, ab iis ad iudices adductus, & accusatus, à tota multitudine lapidibus obruebatur. *Dent. 21.*

Cum Xerxes contra Græcos proficisceretur, Rex Bisalæorum, ac terræ Crestonica Thrac, negans Xerxi se servitutum, in edita montis Rhodopæ abiit: filiique sex vetuit, ne adversus Græciam militarent. Illi patre spreto, sive aliqui belli libidine insipienti, militaverunt cum Xerxe. Qui postquam incolentes reverterunt, omnibus pater ob eam causam oculos effudit: *Hærod. lib. 8. & Ælianus lib. 5. Var. hist.*

Homo quidam genere Mardus, nomine Rhacones, septem habebat liberos. Sed ex his Cartones minimus natus magos, & sapientes multis damnis affligebat. Primum igitur eum pater insultare, erudire, & verbis reducere vi vitam tentabat. Verum cum ille non admitteret disciplinam, & quodam tempore vicini iudices eò venient, ubi sedes suas habebat adolescentis pater: ille comprehensum filium, & manibus in tergum revinctis, ad iudices adduxit. Ibi, quæcumque unquam per a iudicibus deliquisset, cum accusatione commemoravit: & à iudicibus postulat, ut adolescentem ad mortem raperent. At illi animis consternati, suis sententiis eum condemnare noluerunt, sed utrumque ad regem Perfarum Artaxerxem adduxerunt, sed utrumque ad regem Perfarum Artaxerxem adduxerunt. Mardo verò semper instante, & eadem contendente, excipiens rex ait: Pœcne etiam ferre, ut filius in tuo conspectu vita privetur? Qui respondit, Maximè. Quoniam cum in horto nascentium lactucarum fureculos amarus defringo, & amputo, tantum abest ut dolorem ex eo malet ipsorum lactuca patiatur, ut etiam magis efflorescat, item magnitudinem, & dulcedinem plus augeatur. Ad eundem modum ego, o relictum videro eum, qui meam familiam lædit, vitæ fratrum officit, obstatque vitam amittere, & à suis in ipsos injuriis prohiberi, etiam ipse amplificabor, & reliquos mei generis similiter mecum prosperam fortunam agere conspiciam. Quibus auditis, Artaxerxes Rhaconem collaudavit, & in collegium regiorum iudicium cooptavit, his verbis præfates allocutus: Qui tam severiter, & justè de propriis liberis sententiam audent pronunciare, omnino etiam in alienis criminibus incorruptum, & sincerum iudicem se præstabit. Adolescentem verò præfenti culpa liberavit: gravissimam mortem interminatus, si præter antecedentia peccata in posterum similibus crimine deprehensus fuisset. *Ælianus Var. hist. lib. 1.*

IGNOMINIAM.

Coluit terram Noe post diluvium jam senior factus, primisque mortalium viciis usum ostendit: quo contigit, ut infueto vini haustu ebrius factus, parim caute in aperto jacuerit, Eum jacentem Cham conspicuus (fuit is unus ex tribus filiis, qui cum Noe diluvio superfuisset) fratres ob spectaculum accersit, ridiculum, ut ipse tum fortassis interpretatus est, ceterum impium, ac filio nefarium. Illi ubi ad patris conspectum venire, pudore simul, & peccate adducti, subito velaminis injectu, jacentes verenda operiunt. Quæ posteaquam senex ebrietate exprobratus facta esse cognovit, Cham diris execrationibus insectatus, ut impium abdicat. Consedit ille profugus cum uxore, & liberis in ea parte Arabiæ, quæ ab ipsius nomine postea nomen sortita est. Hinc tenebræ illæ ortæ creduntur, illa summi, verique Dei ignorantio, quæ omnes terras execrandis errorum ambagibus implicuit. Hinc hominem auctoris sui prima cepit oblivio. Porroque alienatum multis deinceps sæculis fuit malorum dæmonum mancipio. Neque Cham ullum sacrorum ritum posteris tradidit: nullum enim à patre acceperat. Quæ res efficit, ut cum procedente tempore alii post alios ex ea terra velut in colonias missi diversæ mundi loca tenuissent (crevit enim supra modum abdicata soboles) in errores incidere inextricabiles. *Sabell. lib. 1. Enn. 1.*

PER-

A PERFIDIAM, QUÆ SPECTATUR. INSIDIANDO.

ABALON, quod impius erga parentem esset, à Domino punitus, & in trunco arboris suspensus crinibus, vitam amittit. 2. Reg. 18. & 1. Reg. 15.

DARIUS rex Persarum Ariobarzanem filium interfecit, quod is Alexandro promississet, se patri mortem intentaturum. Plut. in Parth.

ARTOXERXES Persarum rex, Darium, Ariatrem, & Ochum filios legitimos habuit: ex pellicibus, centum & xv. vel ut alii volunt, clx. Darium majorem natu jam antea sibi successorem esse velle pronuncia verat. Is post insigne paternæ pietatis documentum leviter offensus, denegata videlicet à patre Aspasia pellice, interficiendi patris consilium cepit, eo scelerator, quod in societatem facinoris assumptos quinquaginta fratres fecit parricidas. Sed hoc quale offendi genus, in tanto populo non sociari modo, verum etiam filii parridium potuisse? ut ex quinquaginta liberis nemo inventus sit, quem aut paternæ majestatis, aut veneratio senis, aut indignitas patris à tanta immanitate revocaret? Sed & à Tyribazo satrapa adductis, & agnatus Regni cupiditate, adversus patrem conspiraverat. Id ubi Artoxerxi renunciatum est, nec rem, judiciumque neglexit, quia de sua salute ageretur: neque etiam tantum, tam sceleratum, audax, atque inhumanum facinus, de Dario maxime, sibi temere persuasit. Ergo effraus cubiuli pariete, ita se composuit, ut introeuntes percussores, & ipse suis oculis cernere, & sine suo damno commodissime vitare posset. Nec fallax indicium fuit. Itaque in Tyriazum, & alios quidem statim animadversum est. Conjuges quoque omnium cum liberis, ne quod vestigium tanti sceleris superesset, interfici placuit. In Darium vero, quia sceleri ipse non interfuerat, parte severissime, ac diligentissime inquiri iussit, magistratuumque non sua cognitio facta est. Quia vero noluit interesse ipse, sed alios accusatores apposuit: præcepta scribis, ut cujusque sententiam scriberent, & ad se referrent. Ut una sententia Darium omnes capitis damnarent, ministri correptum in propinquum carcerem deduxerunt. Quo carnifex accitus venit cum novacula, qua fontium capita decidunt. Qui ut Darium compexit, obitu perfactus recessit, janam respectans: quasi non posset neque sustineret homicida effe regis. Ceterum iudicibus foris munitantibus ei, & præcipientibus, reversus, coma ejus altera manu arrepta, in terram prostrato, cervicem novacula dempsit: Aliqui factum rege præsentem asserunt iudicium: ac Darium, ut probationibus convictus fuit, in faciem se abiecit, supplicemque orasse regem: illum vero insensum surrexisse, strictoque acinace eum percussisse, quousque expiravit: inde progressum in aulam dolem adorasse, ac dixisse: Abite læti Persæ: aliique nunciate magnam Oromazen (id est, Solem) de iis, qui nefanda, & detestabilia conceperant, repetivisse pœnas. P. Ærod. ex Justin. lib. 10. & Plut. in Artax.

TI GRANIS Armeniæ regis filius contra patrem conspirans, à Cn. Pompejo captus, in triumpho ducitur. Sab. lib. 4. En. 8.

Tempore Constantini, & Romani Lacapeni, Rentacius, natione Græcus, suum patrem interficere cum conaretur, pater filii interperiem metuens, confensio navigio Byzantium versus navigavit, ab Imperatore petiturus, ut filii libidinem compesceret: estque à Cretenlibus Saracenis captus. Filius paternarum opum compos factus, cum iis se Constantinopolim contulit ad Sophiæ templum: ibique desiderans, paternæ bona prodegit. Romanus Imp. re comperta, templo eum educere, & castigare intendit. Quod Rentacius cum subodoraretur, literis ab Imperatore ad Simeonem confectis, ad Bulgaros transfugere instituit: convictusque criminis oculis est, & bonis solutatus. Cedrenus.

Cum Pipinus gibbosus, caroli Magni notus, & natu maximus filius, quadriennio post cum quibusdam proceribus Francorum contra patrem conjurasset: conjuratione à Fardulfo monacho detecta, ille in monasterium relegatus, auctores morte scelus luerunt. Sigeib. & Aventin. lib. 4. Ann. A. D.

PETRI Candiani ducis filius, ascitus à patre in principatum comes, multum in illum tentavit, ut eum Imperio decideret, solusque rebus præficeret. Quod cum fecerit Venetus populus animadvertisset, jure optimo filium in exitum egit, ut pater in eolumis domi ageret, filiusque sui sceleris pœnas absens penderet. Egnat. lib. 9. cap. 1.

ADOLPHUS Geldriæ dux impietatis in patrem pœnas dedit. Etenim rediturus in Geldriam veste Gallica, apud Namurcum

ignitus, in carcere dententus fuit, donec mortuo Carolo Gandavenfem ipsum eriperet, & que bello, quod cum Tornacensibus gerebat, præficeret: quo quidem in loco miserabiliter fuit trucidatus, ultore & vindice Deo, qui scelus nullum sine impunito. Phil. Comin. lib. 5. Com.

HENRICUS, filius Frederici II. Imperatoris, ex Constantia prima conjuge, patre vivente penè pur decennis Romano rex eligitur: cui postquam adolevit Austriæ ducis filiam in matrimonium collocavit. Sed cum Pontificis diris Fredericus ageretur, ipse quoque à Pontifice inductus, conspirationem cum Longobardis contra patrem fecit, & exercitum in Bavariam contra Othonem ducem, patre invito, duxit, ob id à patre in Apuliam vocatus, custodia datus, maceratus est in vinculis, cum pater jam annis xx. regnasset. Mortuus post miserabiliter, cum octo annis regno præfuisset. Quin pater dehinc flebiliter luxit, ut Petrus de Vinea scribit. Cusp. A. D.

NECANDO. PARRICIDII PœNA.

Parricidii exquisitam imposuerunt pœnam Ægyptii. Nam articulatim præcutis calamis caelos, jubebant vivos supra spinarum acervum comburi: maximum inter mortales iudicantis scelus: ei mortem per vim inferre, à quo vitam accepisset. Diod. lib. 1. cap. 6.

Macedones parricidas, & majestatis reos faxis obrunt: nec modo facinoris reos, sed illos quoque, qui illos quovis gradu contigissent. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5.

LUSITANI parricidas finibus ejectos faxis opprimebant. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5.

Sapientissimè, inquit M. Tullius pro Roscio, nostri Majores fecerunt: qui cum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaretur audacia, supplicium in parricidas singulare excogitaverunt, ut quos natura ipsa continere in officio non potuisset, magnitudine penè maleficii summo vererentur. In sui voluerunt in culcum vivos, atque ita in flumen deici. Sic enim volebant cum hominem è natura auferre, atque eripere, ut repente oculum, solem, aquam, terram adimerent: ut qui cum necasset, unde ipse natus esset, & careret his rebus omnibus, ex quibus nata esse omnia dicuntur. Noluerunt feris corpus obicere, ne bestis quoque, que tantum scelus attingissent, immanioribus uterentur: non sic nudos in flumen abicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera que violata sunt, expiati putantur. Digestorum lib. 48. ad leg. Pompejanam de parricidiis, Jureconsultus Modestinus in scribit: Pœna parricidii majorem habet instituta est, ut parricidia virgis sanguine verberatur, deinde culo in sutus vasi omnium capacissimo, arnis continenti. XL. cum cane, pullo gallinaceo, & vipera, nec non etiam simia, in mare profundum proiciatur; hoc ita, si mare proximum sit, alioqui bestis subicitur, secundum D. Adriani constitutionem. Martianus titulo eodem, supplicium statuit parricidis, quo teneantur damnati lege Cornelia de ficiaris, id erat, ut Marcellus, inquit, in insulam deportatio, & omnium bonorum ademptio. Sed solent, inquit, hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerunt, quam ut pœnam sustineant; humiliores enim solent vel bestis subici, aliores in insulam deportantur. De culo parricidarum Imperator Institutionum quarto, de Publicis iudiciis terè cum Cicerone sentit, nisi quo & ipse ferale vocat angustias, tormentum inculsum bestiarum, sive ferarum. Cælius lib. 11. cap. 21. A. L.

P. Malleolus matre interempta, primus Romanorum parricidii damnatus, & insutus culco in mare præcipitatus est. Alex. lib. 3. cap. 5.

C. JULI. Cæsar præter præscriptas legibus pœnas, parricidas bonorum omnium damno multavit. Idem.

Sigebertus è proceribus Francis unus, & bello Alemannico pro regis gloria se sanguinem fudisse, vultu ingenti accepto jactabat: nec ullam sibi relata gratiam. Hujus filium in patrum dominatum (Agrippinensibus impericibus) succedere iussit Clodoveus. Junonis regis Imperium ita interpretatus, ut fata patris appropriare se juberi crederet, patrem occidit. Clodoveus supplicio filii necem senis est ultus. Amilius Plut. lib. 1.

Romulus rex Rom. cum nullam parricidæ pœnam statuisset, homicidium omne Parricidium nuncupari voluit: quod hoc impium ac nefarium, illud autem impossibile esse ducebat. in Romulo.

Plurimum apud veteres fuit dubitatum, quod genus mortis in eum institueretur, qui patrem, aut matrem occidisset, ut ex lege

ergo Pompeja in parricidas constat, cujus novum, & accuratum supplicium lenius postea visum est. Quamobrem Tarquezium majorem, qui patrem suum Pictavensem Eleantum occidi curaverat, Curia Parliamenti voluit discerpi candente forcice, diringit artus ad rotam, ac postremo concremari. Bodinus. 1. 4. De mon. cap. 5.

NON ALENDO.

SOLON Atheniensis nullam in parricidas statuit pœnam: quod neminem tam nefarium, & sceleratum æstimaret, qui tantum facinoris admitteret. Id statuit, ut si quis parentes suos jam senes, & exangues non nutritivisset, ignobilis, & obsecurus haberetur. Laertius lib. 1. cap. 3.

MORTEM NON PERSEQUENDO.

Ducem Aquitanie Sadragefillum nonnulli privatis inimicitias occiderant. Filii necem patris non persequabantur. Bona paterna rex Francorum Dagobertus fisco adjudicavit, ad leges Romanas liberorum quætionibus legans, que impunita necem parentes, liberos hæreditate arcerent. Amilius lib. 1.

PERFIDIÆ PRÆCEPTORUM ERGA DISCIPULOS PœNA.

Oppugnabat Fur. Camillus Phaliscorum urbem Faleros, trahebaturque bellum cum oppidanorum virtute, tum loci natura, que erat munifissima. Interèc ludimagister per speciem deambulationis traxit Principum filios ad Romana castra, ipsi duci gratificatus, attulit secum proditor certam spem victoria. Nulli dubium erat: qui parentes caritate filiorum suis auctores essent civibus deditiois faciendæ. Sed tantum absiit, ut Romanus eo modo vincere voluerit, ut proditorum averfatus, qui id perfutum habuisset, Romanos dolo, & astu potius quam virtute bellare, vincitum, nudatumque terga adolefcenibus dederit in urbem verberibus agendum. Movit Romani ducis virtus, Phaliscos, & qui nuper omnia pati maluissent, quam assidentibus cedere, voluntaria deditioe cessere. Sab. lib. 2. c. 4. Plut. in Camillo.

ANTHYLLUM filium Antonii Triumviri, Theodoros rector, atque præceptor à patre datus, debellato Antonio, Augusti militibus id perfidendum tradidit, crepto, qui ex collo pendebat, prestofillimo lapillo. Cui utrumque ad aures Augusti pervenisset, ob nefarium proditorem, atque ob latrocinium, C. quod impudenter pernegabat, Theodorum, haud minus magistro Faliscorum abominandum, necari iussit. P. Ærodius ex Plut. in Antonio.

PERFIDIÆ ERGA SANGUINE JUNCTOS PœNA JUSTA. UT ERGA FRATRES, COMMISSERAT PER CRÈDEM. Parricidium.

TELAMON ènavi causam dicens, à patre Æaco fratricidii in Phocum commissi condemnatur, Pausan. in Conrinth.

AMNON filius Davidis Thamar sororem vi corruerat: ideoque cum biennio post, à fratre Abalone, sororis pudicitia ulciscenda causa, per insidias interfectus esset: Rex David indignissimè tulit, quamquam raptoris, atque incestuosi, ab eo tamen exactum supplicium, à quo minime oportuit. Itaque longo intervallo vetuit Abalationem in conspectu suum adduci, que pœna, iis, quibus parentes Deorum loco sunt, omnino D. certe ipsa morte gravior est: nec tamen contra naturam, ut pater in filium, hoc est, in sua viscera levavit, atque inhumanum esse videri possit. P. Ærod. ex Regum lib. 2. cap. 13. Flavio Josepho. lib. 7. cap. 7.

Horatius occisis tribus Curiatibus, & duobus amissis fratribus, domum se victor recepit. Is animadvertit sororem suam de fratre morte non laborantem: sponsi autem nomen appellentem identidem Curiatii, cum gemitu, & lamentatione. Indignè passus, quod publicum gaudium, eamque de Albanis victoriam abominari videret, virginem occidit. Atrox id visum est facinus, cum omnibus, tum potissimum Patribus, ideoque ad Romulum regem in jus rapus est. Hoc urbs Roma primum iudicium de capite vidit. Lex præferbatur, que hominem condemnatum necari vetat: si necum à Magistratu, multo minus à privato, & minus etiam à fratre. Non enim oportere aut supplicium, quam iudicium interponere: factum virginis excusari potuisse, quia & mulier, & sponsi dura, & gravis recordatio: facilius virum, iram, & indignationem temperare potuisse, quam virginem amissi sponsi eò acerbiorum dolorem, quod nuptiis nihil libentius audiunt. Si furorem ex-

cusat Horatius, eum multo magis ignoscere sorori debuisset. Deinde si hoc constitutum sit, ut peccata homines peccatis, & injuriis injuriis ulciscantur, quantum incommodorum confectur? Defendebat ex adverso pater ipse P. Horatius filium adolefcensem, ultro filiam accusans, & pœnam illam, non eadem, dicens esse: se, nisi jure causam judicaret, qua hostium mortem luceat, fratrem negligat, Horatium, & pop. Rom. vicisse moleste ferat, patrio jure in filiam animadverturum fuisse: Rem sic fuisse apertam, ut iudicium de ea re fieri non attineret. Præterea recentia merita filii proferebat indignum esse, quem modò decoratum, ovantemque victoria incedentem apessissent: eodem fere die sub furca vincum inter verbera, & cruciatu circumspici. Romulum magna tenebat incertitudo, quem finem quæstioni impositurus esset. Neque enim hunc cædis crimine liberari posse, qui sororem indicta causa occidisse fateretur, cum eum leges occidi juberent: neque rursus tanquam homicidam in eum vindicari posse, qui unus cum duobus interfecisset fratribus pro patria periclitari voluisset, & patre illum præsertim culpa liberante, cui primam indignationem pro filia & lex, & natura tribuit. Igitur ne ipse tam tristis, ingratusque ad vulgus iudici, ut secundum iudicium supplicii auctor esset: concilio Populi advocato, Duumvir Horatio constituit, qui eum secundum legem Perduellionis iudicaret sic tamen, ut ei ad Populum appellare liceret. Duumviri quia ita dati erant, ut secundum legem iudicaret, Horatio perduellionem iudicatur. Is ad Populum provocavit. Ibi postquam diu certatum est, tandem motus Populi patris Horatii lacrymis, virtute, orbiare, & clamoribus magis, quam jure cause, filium absolvi voluit, iussit. Sed nihilominus, ut cædes manifesta, alioqui tamen piculo lueretur, impetratum patri est, ut filium expiaret, pecunia quidem publica. Itaque veluti bus jugum missus est (quod Tigillum fororum appellatur) accersitque Pontificibus, Dii, ac Genii, forsorifque defunctæ Manes, piis piacularibus sacrificiis placati, & purgati sunt, quibus cædes imprudens expiari lex jubet. P. Ærod. ex Cic. 12. de Invent. 1. pro Milone. Dion. Halicarn. lib. 3. Liv. Dec. 1. Plinius de Vir. illust.

PROLIS NEGLECTUM.

Si quis Israelitarum fratris sui semen excitare nollet, publica ignominia notabatur. Glos enim in curiam ad Senatores profecta, accusabat levitum. Qui si etiam coram iudicibus hoc negaret officium, tum Glos ad eum accedens, detrahit ei de pede calceo, in faciem ejus confuebat coram omnibus, ita dicens: Sic fiat homini, qui fratris sui domum habere non instruit. Unde quoque domus ejus dicebatur domus Disalceati. Deut. 25.

NEPOTES.

Athalia cum omnes nepotes suos ex Ochozia filio Judæorum rege, regnandi libidine, interfecisset: ipsa tandem, Joa in regem creato (qui cædi ereptus fuerat) septimo anno ante templum interfecta est iussu Jojadæ sacerdotis. 4. Reg. 11.

Arcturus Britannæ Dux, Godofredi F. Joannem Anglorum regem patruum regni æmulatione bello persequabatur. Sed captus à Joanne, & in carcere detentus est. At Leonora avia, eademque Joannis matre defuncta, que pro nepote licet hoste, & à quo ipsa quoque capta fuerat, deprecari solebat, Joannes adolefcenstem necavit, cum jam Philippus II. Francorum rex Arcturi cause favens, Arcas urbem recepisset. Id parricidium matre Constantia Duce Britannæ persequente, Francus Anglo diem dixit: ad quam cum neque adesset, neque excusaretur, infidelitatis, scelerisque damnatur, quod immemor sacramenti Francis dicti, filium majoris fratris, beneficiarium Francorum, in finibus, qui juris Francorum essent, neque legibus quæstione habita, neque cognoscitur iis, quorum hab partes forent, patruus occidisset. Hostis iugiter Francorum iudicatur: constitutumque, cum videri excidisset jure urbium, finiumque, quos beneficii nomine à Francis accepisset: eaque omnia in pristinam causam restituta, & ad jus solidum regis revertisset: in eorumque possessionem, si quis prohibebat, armis eundum. Odiis hominum, armisque Augusti Joannes impar, fidem Innocentii Pontificis maximi per oratores implorat, sedus, inducias pactas, jusjurandum à Franco rege violari dictitans. Legati Innocentii utrique denunciavere, ut arma deponerent, pacemque templis darent: inter dicta aspernaretur, ejus regno sacris interdici. Anglus lætus Imperio, se in auctoritate sacrosanctæ potestatis fore affirmabat. Francus certam sibi victoriam de manibus eripi indignum ratus, Pon-

Pontificem maximum appellavit: interea se jus suum per-

A BARNABAS Vicecomes, princeps Mediolanensis, cum pro-

CONJUGALIS PERFIDIE POENA JUSTA.

MARITORUM ERGA UXORES. COMMISSÆ PER CÆDEM.

Iacta in præcepis Apronia Plautii Sylvani Prætoris, cum in

Romani non tantum eos, qui sanctissima Deorum templa

Almaricus cum uxorem suam, Childeberti Parisiorum regis

C ADULTERIUM.

Huc referri potest Tit. Pœna adulterii, ratione per-

Petrus Castulonenſium rex, primum fœdus cum Francis

D LADISLAUS III. Hungaria rex, Caroli Siciliæ regis filiam

uxorem suam neque pro dignitate tractavit, neque conjugali

Solymanus Turcarum Imp. Laphibejum Bassam relegavit

NEGLIGENTEM CUSTODIAM.

Apud Catalanos maritus in adulterio deprehente, quam-

Cum Cajus Ticius Minturnensis uxorem, quam impudicam

quod uxorem pridiæ sortitione ductam, postredie repudiasset.

M. Val. & C. Junius Brutus Bubulcus, Seniores, L. Antonium

Tiberius Cæsar Senatorem quaestura removit, quod uxorem

Lotharius Lotharii Imp. F. Thieburtam forem Hugberti

Penda Merciorum rex, ob forem repudiata, Cenovalchium

Rodulfus Veromanduorum Comes, uxorem suam dimisit,

H PRODIGALITATEM.

Legge Julia damnantur non ita tantum, qui absque causa uxores

CALUMNIAS.

Si quis Israelitarum uxore ducta, eam virginalem non habere

UXORUM ERGA MARITOS COMMISSÆ PER CÆDEM.

Publicia, quæ Posthumium Albinum consulem, item Liciniam,

nia, quæ Claudium Aëllum, viros suos veneno necaverant,

Romanae mulieres, cum olim maritos suos clandestinis infidiis,

Ann. M. CCC. XLIII. Ludovicus Philippi Tarentini Principis

Joanna Avinionem urbem suæ ditionis Clementi VI. Pontifici

Ab Atheniensibus cautum erat, ut contumax ingratusque

Apud Romanos si servi leviter offenderent, aut contumeliam,

In Hunnorum in Europam adventu, qui fuit anno 373. quædam

Regem Perfarum Assuerus initio regni convivium magnificum

I NOBEDIENTIAM.

Regem Perfarum Assuerus initio regni convivium magnificum

in negando fuit pervicax. Qua obstinatione mulieris offensus

Partum simulatum. Lepida, cui semper Æmiliorum decus L. Sylla ac Cn.

Abortum procuratum. Injustitiæ servorum erga dominos poena justa.

Babyloniis facinorosi servi, & contumaces per crines traherantur.

Lycurgus apud Spartanos servorum petulantiam tam severe

Ab Atheniensibus cautum erat, ut contumax ingratusque servus

Apud Romanos si servi leviter offenderent, aut contumeliam,

Præfectum urbis Pedanium Secundum servus ejus interfecerat,

quæ sub eodem tecto mansiverat, nec serviles insidias, aut prohibuisset, aut prodidisset, hæredes supplicium sumi potabant, Vociferabatur id esse iniquissimum, pro unius noxa quadringentos interfici: concursusque plebs ad seditionem usque tot in tanta familia servos suo cætu protegabat. Nihilominus in Senatu res acta est, nec desistere, qui hæc ex animo sententiam dicerent, non quod imperita multitudini obtemperare vellent: nimis crudelē, ac inhumanam Regem esse (nisi eo consilio tanta immanitas pœnae denunciata est, ne ad eam unquam perveniretur) quæ ab uno servorum domino interfecto, servos omnes, qui sub eodem tecto fuissent, necari jubet. Verum ex adverso C. Cassius censuit, nihil de jure antiquo mutari oportere. Nunquam alia ratione quæquam in domo sua tutum esse posse. Itaque placuit supplicium decerni: & cum obtemperari non posset, conglobata multitudine saxa, ac faces minitante, Nero Imp. Populum edicto increpuit: atque omne iter, quo damnati ad pœnam ducebatur, militibus prædisis cepit. Hæc igitur placere, si dominus à servis suis oculis domi diceretur. Quod si ab alio, tam severis legibus Romani usi non sunt: quæstionem modo de omnibus servis haberi placuit: sed & de his (ut ab Adriano constitutum est) qui non solum sub eodem tecto fuissent, verum etiam qui per viciniam sentire possent, ut Ælius Spartianus ait, P. Ærod. lib. 1. Decret. ex Corn. Tacit. lib. 14. Ann.

CONJURATIONEM.

Consule Tit. Perfidia servorum erga dominos: quæ, ut armis contra dominos sumptis, armis quoque edemantur servi.

Bello secundo Punico, Romæ quinque, & xx. servi in crucem sublatis, qui in campo Martio conjurasse dicebantur: indicii libertas data, & xxm. gravis aris. Sab. 1.1. Enn. 5.

Posthumio Comminio, & T. Largio Coss. Servi urbe pluribus locis noctu incensa, altiora civitatis occupare conati, capti, falsique de Tarpeja rupe præcipitati fuerunt. Sab. 1.8. Enn. 2.

Plebe Romana cum Patriciis de lege Agraria certante, Appio Herdonio Sabino duce exulunt, & servorum quatuor millia Capitolium noctu occupare. P. Val. Consul eos in arce obsecit, Tusulanorum auxiliis fretus. Plerique exulunt eade sua ipsi templum fecerunt. De captivis sumptum supplicium Sab. 1.3. Enn. 7.

Bello Cimbrico apud Nuceriam xxx. servi conjuratione facta pœnas dedere: Capuæ ducenti servi rebellantes sine mora delicti sunt. Tertius tumultus à Tito Minutio Equite Rom. motus. Casa à L. Lucullo servorum tria millia. Secuta inde magna illa Sicilia servorum defactio, quæ per integrum quadrimum Romanos vehementer exercuit, sed multo denum sanguine expiata. Diod. 1.36.

Nerva Imp. servos, ac libertos, qui in dominos, patronosque conjuraverant, interfici præcepit: edito decreto, ne deinceps servi dominos cuiusquam criminis postulare. Cusp. A. D. ex Suet.

ACCUSATIONEM.

Apud Romanos si servus ex clementia domini libertate donatus dominum suum detulisset, domino in servitutem restituebatur. Val. lib. 2. cap. 1.

Trahente M. Bruto, bellis civilibus, per Asiam urbes in suum, atque C. Cassii Imperium, potius Patrensis, edixit, uti omnes omnino cives, quidquid in urbe auri, argenti, sili, aut insecti possiderent, id ad se in medium afferrent, D in eos statuto ultimo supplicio, qui cessarent: premio contrarius, qui detulissent. Itaque cum servus quidam dominum indicasset, mittitur Tribunus, qui namque pecuniam afferat, dominumque cum tota familia in iudicium trahat. Dominus cum negare non posset, iustus causam dicere, nihil respondebat. Sed postquam mater seipsa accusans, identidem clamaret, filium innocentem esse, seque, non filium pecuniam latitasse: itaque oraret, ut filio parceretur: servus eo contra perfidia venit, ut etiam non rogatus (quæ falsi, calumnieque suspicio est) mentiri eam diceret, istudque civile crimen, non ad matrem, sed ad filium pertinere. Brutus cum filii taciturnitate, tum matris pietate motus, utrumque & libertate, & pecunia donavit: servum laqueo suspendit. P. Ærod. ex Appiani lib. 4. & Sab. 1.8. Enn. 6.

SEVERUS Imp. cavet Edicto, ne servi delatores dominorum audiantur, sed pœna muldentur severiore. Alex. ab Alex. 1.3. c. 20.

PRODITIONEM.

Proscriptus Atherius, à servo suo accusatus est: qui Trium-

virali lege liberatus, fortunas etiam patroni eadem lege consequbatur. Servus igitur, cum patroni filios despectu haberet, & ipsi rei atrocitate, præsertim cum adhuc tenebra ætas essent, terribi, lacrymantisque cum sequeretur: veluti servam nimis illam rem omnis Populus abominatus est: atque ea Triumviris declarata, voluit, ut ingratus servus denuo apud Atherii filios in servitutem rediret, eique patris bona restituerentur. Fulg. 1.6. c. 5. & Plut. in Sylla.

L. Sylla non se tam incolumem, quam Sulpitium Rufum perditum voluit, tribunio furore ejus sine ullo fine vexatus. Cæterum cum eum proscriptum, & in villa latentem à servo proditum compertisset: manumissum patricidam, ut fides editi sui extaret, præcipitari protinus è faxo Tarpejo cum illo fecere, patto pileo jussit: victor alioqui insolens, hoc Imperio justissimus. Val. 1.6. c. 5. & Plut. in Sylla.

Cum in prosecutione Triumvirorum è duobus servis alter in ea deliberatione esset, ut se domini sui habitum illius servandi, ac utandi causa percuteretur: alter confervisui pium consilium enunciasset, quo factum erat, ut ipse dominus interficeretur: rem Populus Romanus adeo indignè tulit, ut apud Triumvros querela facta, licet ex dicto ille vel præmium mereretur: attamen qui prodidit, cruci affixus, ille præmio, ac libertate donatus sit. Adeo quod per se bonum, & æquum est, id adversus iniquas leges, iusta, & sancta plerumque judicia elicit, exigat. P. Ærod. ex Appiani lib. 4.

FUGAM.

Apud Persas consecutus erat, ut servus ære coemptus aufugisset à domino, vinculis compedibus opus faceret: si sponte reversus esset, & fateretur admittum, flagellis cedebatur. Alex. lib. 3. cap. 20.

Turci inventis, & reductis fugitivis duplicant miseriam. Si iterum inducantur, cruciantur, & affliguntur sine omni humanitate. Nunc enim vinculis, nunc habitus negatus, mortem accelerat. Quibusdam compedes, quibusdam catenas annectuntur. Sunt quibus nares, aures, necyos pedum abscondunt, ut deformes noscantur. Cusp. A. D.

INJUSTITIÆ LIBERTORUM ERGA PATRONOS PœNA.

A Patre, Patronus proximum nomen habet: Eum autem hic accipimus, qui ex servitute manumissus, itaque inter alia jura, quæ patronus habet, his cæterè similia quæ parentibus debentur, operatur, bonorum, obsequii, ne sine venia in jus vocetur, ne de sua calumnia queratur, & alia hujusmodi: hæc etiam majestas ei tribuitur, ut occisus à liberto, non sit Cornelia legis, sed Pompejei iudicium. Porro & Domitiani, ut domesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo audendum esse patronorum necem, Epaphroditum à libellis, capitali pœna condemnavit, quod post destitutum Imperii, Nero in adipsedam morte, manu ejus adiutus esse probaretur. P. Ærod. ex Suet. Domitiano.

Cum quidam libertus Tribuno plebis patronum suum deferreret, atque in eum licetorem peteret, & impetrasset: Claudius Imp. facti indignatione motus, hunc, sociique ejus supplicio affecit, edixitque, ne quis auxilium eis, qui contra dominos ita agerent, ferret: qui tulisset, cum jus alios accusandi amiserunt. P. Ærod. ex Dionys. 1.60.

Auctor Tranquillus est, à Claud. Imp. ingratus, & de quibus patroni quererentur, revocatos in servitutem. Cal. 1.17. c. 20. A. L.

NERONE imperante, frequenti Senatu obtentum est, ut si manumissus ob notam ingratitude in servitutem revocaretur. Alex. 1.3. c. 20. Quinquennio illo Neronis, nec Carinas Celer Senator, nec Julius Densus Eques, qui favor in Britannicum criminis dabatur, inter eos, servis accusantibus, recepti sunt. P. Ærod. ex Corn. Tacit. 1.13.

Massiliensis libertus ter doli admitti reus adversus patronum, velut mancipium servitæ cogebatur: per singulas vias libertate rescissa. Si quam verò ostentam quæto admisset, domino imputabatur, & inulcus ibat, quod toties deceptus patronus quæto se ei credidisset. Val. 1.2. c. 1.

INJUSTITIÆ MINORUM ERGA SERVOS PœNA JUSTA.

Intaphernes, unus ex Darii sociis, qui Persarum regnum à Magis fratribus vindicantur armis, post summam rei Darii delatam, cum à cubiculo ministro regem adire prohiberetur, ita percussus aures illis, & nasum abscidit. Estque ob eam nosam Intapher-

Intaphernes cum omni virili stirpe ad supplicium abreptus. A. Sab. 1.3. c. 7. ex Herod. lib. 3.

Cum multi ferevnt agrotantes planè à dominis neglecti, adibus Romæ eiecerunt: eos omnes, qui sanitatem recuperassent, Claudius Imp. liberos esse lege lata jussit. Zonaras.

INJUSTITIÆ CONTRACTUUM VOLUNTARIO- RUM PœNA JUSTA. UTPUTAT

DISTRIBUTIONIS INJUSTÆ.

Posthumius Regillensis, tribunus militum, & auctoritate consulari ad bellum contra equos missus, cum Volas oppugnaret, nec militibus prædam (prout promiserat) concederet, à suis obrutus est lapidibus. Livius lib. 4.

Livius Salinator, vir consularis, damnatus est à Populo, quod prædam non æquiter militibus divisisset. Frontinus lib. 4. c. 1. Plinius de Veris illi.

ERIS ALIENI CONTRACTI.

Apud Indos, qui creditum moratur, à creditore reus agitur, mox præxia die, si non solvit, manu trunca, & oculo effuso, B. Alex. ab Alex. 1.6. c. 10.

Ab Ægyptiis cautum affirmant, ut ultra res, & bona debitoris, nulla in corpus animadversio foret. Nam pecunie creditæ bona, non corpus dire obnoxium. Iis certè in usu erat, ut defunctorum corpora unguentis delibuta, ac si vivi essent, creditorum oppugnant, & super his fenerarent, magno dedecore illorum, qui constituta die non relinissent. Alex. lib. 6. cap. 10.

Apud Tyrrenos si quis æs alienum, quod confaverit, non perfolvat, sequuntur cum pueri vacuum gestantes marsupium, ignominia causa. Heracles in Polit.

Typi apud Smyrnæos, & Athenienses iudicium erat, quo si intercedebatur foro, qui creditoribus paria non fecissent. Cælius 1.20. c. 20. A. L.

Ab Atheniensibus cautum fuit, ut si licet pater non perfolvisset, filius exolveret, & vinculis publicis interim detineri cogebatur: sicut de Cimone, & aliis traditur. Alex. 1.6. c. 10.

Corbis ignominia apud Bætos instituta erat, in eos, qui æs alienum non dissolverent. Ducebatur enim in forum, federeque jubebatur: fore sedentem orbem iniciabant. Hæc nota- tus ignominia, infamis censebatur. Hanc passus est Mnesarchus, Euripidi tragici pater. Girardus dialogo. 7. dist. poet. & Stobæus serm. 4.

Autolyco paneratiæ (cujus imago in Prytæneo Athenis posita fuit) cum Eteonico Spartano homine pecunia nescio qua controversa. Ibi Spartanus, qui iure cause multo esset disceptando inferior (quod erat tunc Atheniensium civitas in triginta virorum potestate, & adesse Lyfander) eo processit insolentia, ut ne dubitarent adversarium plagis læsere: eundemque præsentem se animo defendentem, ad Lyfandrum pertraxit, confusus nempe ad gratiam illam pronuntiaturum. At Lyfander Eteonicum injuriarum damnatum, cum infamia, & convicio dimisit. Pausan. in Bæoticis.

Apud Rom. legibus XII. Tabularum concessi æris, ac debiti iudicis triginta dies sunt dati, conquiere pecunie causa, quam dissolverent. Eos dies Decemviri Justos appellaverunt velut quoddam iustitium, id est, juris inter eos quasi interfectionem quandam, & cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset. Post deinde (nisi diffidissent, ad prætorem vocabantur: & ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur. Nervo quoque, aut compedibus vinciebantur. Erat autem jus interea pacifcendi. Ac nisi paci forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Inter eos dies trinis mundinis continuis ad prætorem in contum producebantur, quantaque pecunia iudicati essent prædicabantur. Tertis autem mundinis capite pœnas forent, quibus reus esset iudicatus, secari si vellent, atque pariter corpus additi sibi hominis, permiserunt. Eo nimirum con- quam perveniretur. Diffictum esse antequam neminem, ne contentum non potuit, quoniam levitatis ista pœna immanis antiquata fuit. Gell. lib. 20. c. 1.

Magnam laudem collegium Tribunorum tulit, quod cum unus ex eo L. Cotta, fiducia sacrosanctæ potestatis creditoribus suis satisficere nollet: decrevit, ut si neque folveret pecuniam, neque daret, cum quo sponso fieret, appellandibus se creditoribus auxilio futurum: iniquum ratum, majestatem pu- L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

blicam privatæ perfidia obtentum esse. Itaque Cotta in tribunatu, quasi in aliquo sacrario latentem, tribunicia inde ju- stitia extraxit. Val. 1.6. c. 5.

Fiscis apud Venetos tributibus, antiqua lege, magistratus mandari nullus poterat. Bembus 1.5. dist. Ven.

Eques quidam ingens patrimonium per luxum, ac libidinem absorberat, atque insuper magnam aris alieni vim contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibusdam apud Alphonsum Aragoniæ regem, ne saltem, quæ debebat, corpore luere cogebatur, Alphonfus respondit: Sit tantam pecuniam vel in sui regis obsequium, vel patriæ commodis, vel suble- vandis propinquis impendisset, audirem. Nunc quoniam tantas opes impendit corpori, par est, ut luat corpore. Eras. 1.8. Apoph.

F O E N O R I S.

Indis, & Germanis præcis fœnus olim ignotum fuit, & exo- sum: & pleraque gentes odio illud inexcipiabili prosequute sunt, adeo ut cum furem dupli, fœneratorem quadrupli dam- narent. Alex. 1.6. c. 10.

Lycurgus Spartanorum legislator, è ora Sparta fœnus, & usuras adeo exterminasse dicitur, ut ne umbra quidem harum rerum appareret amplius. Agis rex omnium fœneratorum tab- ularum igne supposito in foro coneremavit, quo igne nullum clarius lumen vidisse se Agefilus Ephorus dixit. Alex. 1.6. c. 7. ex Plut. in Agide, & Lycurgo.

M. Posthumius Pirgenfis publicanus, qui publicum pecu- culum erat à vi tempestatis in iis, quæ portarentur ad exerci- tus ementitus erat facta naufragia: & ea ipsa, quæ vera enun- ciaverat, fraude ipsius facta erant, non casu. In veteres, quæ salsæ naves paucis, ac parvi pretii rebus impositis, cum misce- rit eas in alto, nautis exceptis in scaphas præparatas, multi- ces fuisse merces ementiebatur. Ea fraus indicata primum M. Amilii Prætori, mox ab eo ad Senatum rejecta, nullo tamen imprimis Senatus consulto notata est: quia Patres ordinem Publicanorum iis Reip. temporibus volebant ostensum, atque inimicum habere. Sed excitati Tribuni plebis, ducentum mil- lium æris multam M. Posthumio dixerunt, cujus certandæ dies cum advenisset, atque in sua causa parum præditi esse existimaret: turbandæ rei causa Publicani summo loco vi occupa- to, in Tribunos plebis irruerunt, jurgantes simul cum Po- pulo, Tribuniisque: nec procul dimicatione res erat. Quam- obrem Plebe dimissa, cum Senatus vocatus est. Consules refer- runt de concilio Plebis turbato ei, atque auctoria Publicano- rum. Vim eam contra Reip. pernicioso exemplo factam videri, censuit Senatus. Igitur confestim Tribuni Plebis omnia multa certatione, diem rei capitalis Posthumio dixerunt, nisi vades daret, jufferunt cum prehendi à viatore. atque in carce- rem duci. Posthumius, vadibus datis, non adfuit. Tribuni vocant Plebem, quæ ita scribit: Si M. Posthumius ante Cal. Ma- jas non prodidisset, citatusque illo die non adfuisse, neque excu- satus esset, videri eum in exilio esse, bonaque ejus venter: ipsi, aqua, & igni placere interdici. Ærod. ex Livius. 5. Decad. 5.

EMPTIONIS, VENDITIONIS DOLOSÆ, INJUSTÆ.

ARISTONICUS legem tulit, ut si venditor piscium minoris, quam pronunciaisset, piscem venderet, in carcerem duceretur: neve sedentes, sed stantes venderent. Alexis in Lebe, & Pileis, ubi Aristonicum prudentissimum legislatorem post Solum fuisse ait. Athen. lib. 6. c. 2.

Cum quidam gemmas vitreas pro veris Galieni uxori vendidisset, atque illa re prodita vindicari velle: furripit quasi ad leo- nem, venditorem jussit, deinde cavea leporem emisit cum hoc præconio, Fucum fecit, fucum passus est. Trebellius.

Florentiæ ad summam annonæ caritatem fœneratorum improbitate res spectabat. Dux Alexander Medicæ à Carolo V. commectus è Sicilia convehendi impetrata licentia, cum prius avarorum civium, qui frumentum se habere dissimula- rant, necessaria, & quantum quisque frumenti sibi desce dice- ret, excipi curasset: navibus frumenti aliis Florentiam deduc- tis, fœneratoribus multum licet errorem suum deprecanti- bus, aureo uno modium addixit. Eorum ubi ementia satisfic- fecit inopia, reliquæ plebi modium pretio exiguo vitium di- struit.

MUTUI, COMMODATI, DEPOSITI FIDEI- COMMISSI FRAUDULENTI.

Apud Indos si quis mutuo, depositivo fraudetur, non venit in iudicium, sed scriptum accuatis, qui credidit. Stob. serm. 42. Dd Apud